ficie terre. Ipsa uero archa ferebatur super a
quas. aque preualuerunt nimis super
terram. Operta sunt omnes montes
excelsi sub uniuerso celo. xv. cubitis alti
oris fuit aqua super montes quos operue
rat. Consumptaq; est omnis caro que a
mouebatur super terram: uolucrum. ani
mantium. bestiarum omniumq; reptili
um que reptant super terram. Uniuersi
homines et cuncta in quibus spiraculum uite
est in terra. mortua sunt. Et delete deus
omnem substantiam que erat super terram. ab
homine usq; ad pecus. tam reptile quam
uolucres celi. et delecta sunt de terra. Re
mansit autem solus noe. et qui cum eo e
rant in archa. Optinuerunt aq; aque ter
ram. centum. l. diebus.

VIII

Recordatus est autem deus
noe. cunctorum q; animan
tium. et omnium iumentorum
que erant cum eo in archa:
adduxit q; spiritum super terram. et imi
nute sunt aque. et clausi sunt omnes fon
tes abyssi et cataracte celi. et prohibite sunt
pluuie de celo. Reuerse q; sunt aque de
terra euntes et redeuntes. ceperuntq; mi
nui post cl. dies. Requieuitq; archa in
mense vij. xvij die mensis super mon
tes armenie. At uero aque ibant et decre
scebant usq; ad decimum mensem. De
cimo enim mense prima die mensis. ap
paruerunt cacumina montium. Cumq;
transissent quadraginta dies. aperiens
noe fenestram arche quam fecerat. emi
sit cornicem que egrediebatur. et non reuer
tebatur donec siccarentur aque super terram.
Emisit quoq; columbam post eum. ut
uideret si iam cessassent aque super faci
em terre. Que cum non inuenisset ubi r
requieseceret pes eius. reuersa est ad eum
in archam. Aque enim erant super uni
uersam terram. Extendit q; manum su
am. et apprehensam recepit in archam. a
Expectans autem alios vij dies. alios
rursum dimisit columbam extra archa. At
illa uenit ad eum ad uesperam. portans
ramum olive uirentibus foliis in ore suo.
Intellexit ergo noe. q; cessassent aque super
terram. Expectauitq; nichilominus vij.
alios dies. et emisit columbam. que non
est ultra reuersa ad eum. Igitur sexcentesi
mo primo anno uite noe. primo mense.
prima die mensis. imminute sunt aque super
terram. Et aperiens noe tectum ar
che aspexit. uidit q; exsiccata esset super
ficies terre. Exiit secundo. septima et vi
gesima die mensis. arefacta est terra. Locutus
est autem dominus ad noe. dicens. Egre
dere de archa tu et uxor tua. filii tui et uxo
res filiorum tuorum tecum. Cuncta a
nimantia que sunt apud te ex omni car
ne. tam in uolatilibus quam in bestiis. et i
numentis reptilibus que reptant super ter
ram educ tecum. et ingredimini super ter
ram. Crescite et multiplicamini super ea.
Egressus est ergo noe et filii eius uxor illius et
uxores filiorum eius cum eo. Sed et oia
animantia iumenta et reptilia que reptant
super terram. secundum genus suum. de
archa egressa sunt. Edificauit autem noe
altare domino. et tollens de cunctis pecu
dibus et uolucribus mundis obtulit holocau
sta super altare. Odorauitq; dominus
odorem suauitatis. et ait ad eum. Nequaq;
ultra maledicam terre propter homines.
Sensus enim et cogitatio humani cordis
in malum prona sunt. ab adolescentia
sua. Non igitur ultra percutiam omnem
animam uiuentem. sicut feci. Cunctis
diebus terre. sementis et messis. frigus et
estus. estas et hyems. nox et dies non re
quiescent.

VIIII

Benedixitq; deus noe et filiis
eius. et dixit ad eos. Crescite
et multiplicamini et replete
terram. et timor uester et tremor
sit super cuncta animalia terre. et super om
nia uolucres celi. cum uniuersis que mouen
tur in terra. Omnes pisces maris manu
uestre traditi sunt. omne quod mouetur et



rumor. cui quo bis in cibum. Quasi olera uirentia tradidi uobis omnia. excepto q̄ carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum uestrarum requiram de manu cuncte bestiarum & de manu hominis. De manu uiri & fratris eius. requiram animam hominis. Quicumq; effuderit humanum sanguinem. fundetur sanguis illius. Ad ymaginem quippe dei factus est homo. Vos autem crescite & multiplicamini. Egredimini super terram. & implete eam. Hec quoq; dixit dominus ad noe. & ad filios eius cum eo. Ecce ego statuam pactum meum uobiscum. & cum semine uestro post uos. & ad omnem animam uiuentem que est uobiscum tam in uolucribus quam in iumentis & cunctis bestiis terre. cunctisq; que egressa sunt de archa. & uniuersis bestiis terre. Statuam pactum meum uobiscum. & nequaq; ultra morietur omnis caro aquis diluuii. neq; erit de cetero diluuium dissipans terram. Dixitq; deus. Hoc signum foederis quod do inter me & uos. & ad omnem animam uiuentem. que est uobiscum in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus. & erit signum foederis inter me & inter terram. Cumq; obduxero nubibus celum apparebit arcus meus in nubibus. & recordabor foederis mei uobiscum. & cum omni anima uiuente que carnem uegetat. & non erunt ultra aque diluuii. ad delendam uniuersam carnem. Erit q; arcus meus in nubibus. & uidebo illum & recordabor foederis sempiterni. quod pactum est inter deum & inter omnem animam uiuentem uniuersam carnem que est super terram. Dixitq; deus noe. Hoc erit signum foederis. quod statui inter me & omnem carnem super terram. Erant ergo filii noe. qui egressi sunt de archa. sem. cham & japheth. Porro cham ipse est pater chanaan. Tres isti sunt filii noe. & ab his disseminatum est omne humanum genus super uniuersam terram. Cepitq; noe uir agricola exercere terram. & plantauit uineam. Bibensq; uinum inebriatus est. & nudatus est in tabernaculo suo. Quod cum uidisset cham pater chanaan uerecundiam

f. patris sui & nudata. nuntiauit duobus fratribus suis foras. At illi sem & japheth pallium imposuerunt humeris suis & incedentes retrorsum operuerunt uerenda patris sui. Facieq; eorum auersa erant. & patris sui uerenda non uiderunt. Euigilans autem noe ex uino. cum didicisset que fecerat ei filius suus minor. ait. Maledictus puer chanaan. seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitq; Benedictus dominus deus sem. sit q; chanaan seruus eius. Dilatet deus japheth. & habitet in tabernaculis sem. sitq; chanaan seruus eius. Vixit autem noe post diluuium trecentis. l. annis. Et impleti sunt omnes dies eius nongenti quinquaginta annorum. & mortuus est.

Hec sunt generationes filiorum noe sem cham & japheth. Nati q; sunt eis filii post diluuium. Filii japheth gomer. magog. & madai. & iauan & tubal. & mosoch & thiras. Porro filii gomer. ascenez & riphath. & thogorma. Filii autem iauan. elisa & tharsis. cethim & dodanim. Ab his diuise sunt insule gentium in regionibus suis. unusquisq; secundum linguam suam & familias suas in nationibus suis. Filii autem chus. saba & euila & sabatha & regma & sabathaca. Filii autem regma. saba & dadan. Porro chus genuit nemrod. ipse cepit potens esse in terra. & erat robustus uenator coram domino. Ab hoc exiit prouerbium. quasi nemrod robustus uenator coram domino. Fuit autem principium regni eius babylon & arach & archad & chalanne in terra sennaar. de terra illa egressus est assur. & edificauit niniuen. & plateas ciuitatis & chale. hec est ciuitas magna. At uero mesraim genuit ludim & anamim & laabim. nephtuim & phetrusim & chesluim. de quibus egressi sunt philistiim & caphthorim. Chanaan autem genuit sidonem primogenitum suum. & hetheum & iebuseum & amorreum. & gergeseum. & euheum & arachim & sineum & aradium & samarithen & amatheum. Et post hec disseminati sunt

p̄ pl̄ dom̄ ne eum. Facuq; sunt f̄
tres chanaam primitibo a filione ge
rare usq; gazam: donec ingrediatis
sodomam & gomorram. & adama & seboy
filij cham. in cognationib⁹ ⁊
gentib⁹. terris q; ⁊ gen
tib⁹ suis. Hę sem quoq; nati sunt pres
cum fratre suo iouam eber. frē iaphet maio
rem ipsum. elam & assur & arphaxat. & lud
& aram. filij aram. us & ul & gether &
mas. Arphaxath genuit sale. de
qua natus est eber. Filiq; nati sunt eber filij
duo. nomen uni phaleg. eo quod in di
ebus eius diuisa sit terra. & nomen fris ei
us iectan. Iectan genuit elmodad
& saleph & asarmoth & iare & adoram & uzal.
& decla & ebal & abimahel & saba & ophyr & euila & iobab. Omnes isti filij iectan. Et
habitatio eorum a mesa uenientibus sephar montem orientalem
Isti filij sem in cognationes & linguas
& regiones in gentib⁹ suis. Hę familie
nę. & in populos & nationes suas. Ab
his dispersę sunt gentes in terra post di
luuium.

XII

Erat autem terra labii unius
& sermonum eorundem. Cū
q; proficiscerentur orien
tem inuenerunt campum in
terra sennaar. habitaue
runtq; in eo. Dixitq; alter
ad proximum suum. Venite faciamus
lateres & coquamus eos igni. habuerunt
ergo lateres pro saxis. & bitumen pro ce
mento. Dixerunq; Venite faciamus nobis
ciuitatem & turrem cuius culmen pe
netret usq; ad celum. & celebremus nomen
nostrum antequam dispergamur in uniuersas
terras. Descendit autem dominus ut uide
ret ciuitatem & turrem quam edifica
bant filij adam. Et dixit. Ecce unus po
pulus & unum labium omnibus. Cę
perunt hoc facere. nec desistent a co
gitationibus suis donec eas opere ple
ant. Venite descendamus & con
fundamus ibi linguam eorum. ut non
audiat unusquisq; uocem proximi
sui. Atq; ita dispersit eos dominus ex il
lo loco in terras singulas. & cessauerūt
ędificare ciuitatem & turrem. Et ideo uocatum
est nomen eius babel. quia ibi confusum
est labium uniuersę terrę. Et inde dis
p

sit eos dominus super faciem cunctarum
regionum. Hę sunt generationes sem.
Sem centum erat annorum quando gen
uit arphaxat biennio post diluuium. Vixit
q; sem postq; genuit arphaxat quingen
tis annis & genuit filios & filias. Porro
arphaxat uixit xxxv annis. & genuit
sale. Vixitq; arphaxat postq; genuit sa
le. trecentis tribus annis. & genuit filios &
filias. Sale quoq; uixit triginta annis.
& genuit heber. Vixitq; sale postq; gen
uit heber quadringentis tribus annis & genuit
filios & filias. Vixit autem heber. xxxiiij
annis & genuit phaleg. Et uixit heber
postq; genuit phaleg. ccccxxx annis.
& genuit filios & filias. Vixit quoq; pha
leg. xxx annis & genuit reu. Et uixit
phaleg postq; genuit reu. ducentis no
uem annis & genuit filios & filias. Vixit
autem reu. xxxii duobus annis & genuit
sarug. Vixit quoq; reu postq; genuit
sarug. cc. vii annis & genuit filios & fi
lias. Vixitq; sarug. xxx annis et
genuit nachor. Vixitq; sarug postq;
genuit nachor. c. annis & genuit filios
& filias. Vixit autem nachor. xxix. viij
annis & genuit thare. Vixitq; nachor
postq; genuit thare. c. xviij annis et
genuit filios & filias. Vixitq; thare lxx
annis & genuit abram. nachor & aram.
Hę sunt autem generationes thare. a
Thare genuit abram & nachor & aram.
Aram autem genuit loth. Mortuusq; e
st aram ante patrem suum thare in ter
ra nativitatis suę in ur chaldeorum. Du
xerunt autem abram & nachor uxores.
Nomen uxoris abram sarai. & nomen
uxoris nachor melcha filia aram pa
tris melche & patris iesche. Erat autem sa
rai sterilis. nec habebat liberos. Tulit ergo
thare abram filium suum & loth filium
aram filium filij sui. & sarai nurum suā
uxorem abram filij sui. & eduxit eos de
ur chaldeorum. ut irent in terram cha
naan. Veneruntq; usq; aran. & habita
uerunt ibi. Et facti sunt dies thare. ccv
annorum. & mortuus est in aran.

XIII

Dixit autem dominus ad abra
Egredere de terra tua & de co
gnatione tua. & de domo pa
tris tui. & ueni in terram quam

monstrabo tibi. Faciamq; te in gentem magnam & benedicam tibi. & magnificabo nomen tuum: eritq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi. & maledicam maledicentibus tibi. atq; in te benedicentur omnes cognationes terre. Egressus est itaq; abram sicut preceperat ei dominus & ivit cum eo loth. Septuaginta quinq; annorum erat abram cum egrederetur de haran. Tulitq; sarai uxorem suam & loth filium fratris sui. universamq; substantiam quam possederat. & animas quas fecerant in haran. Egressi sunt ut irent in terram chanaan. Cumq; venissent in eam. pertransiit abram terram usq; ad locum sichem. usq; ad convallem illustrem. Chananeus autem tunc erat in terra. Apparuit autem dominus abram. & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui edificavit ibi altare domino. qui apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montem qui erat contra orientem bethel tetendit ibi tabernaculum suum. ab occidente habens bethel & ab oriente hai. Edificavit quoq; ibi altare domino. & invocavit ibi nomen eius. Perrexitq; abram vadens & tendens progrediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra. Descenditq; abram in egyptum. ut peregrinaretur ibi. prevalebat enim fames in terra. Cumq; prope esset ut ingrederetur egyptum. dixit sarai uxori sue. Novi quod pulchra sis mulier & cum viderint te egyptii. dicturi sunt uxor ipius est. & interficient me. te vero servabunt. Dic ergo obsecro quod soror mea sis. ut bene sit mihi propter te. & vivat anima mea ob gratiam tui. Cumq; ingressus esset abram egyptum. viderunt egyptii mulierem quod esset pulchra nimis. & nuntiaverunt principes pharaonis. & laudaverunt eam apud illum. Et sublata est mulier in domum pharaonis. Abram vero bene usi sunt propter illam. Fueruntq; ei oves & boves & asini & servi & ancille & asine & cameli. Flagellavit autem dominus pharaonem plagis maximis & domum eius. propter saray uxorem abram. Vocavitq; pharao abram. & dixit ei. Quid hoc est quod fecisti mihi? Quare non indicasti. quod uxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam. ut tollerem eam

mortuum. Tunc egressus [illegible]
[illegible] & adquievit. & [illegible]
plano super abiam unde [illegible]
eum. & dixerunt ad eum. [illegible]

XIIII

Benoit
abiam de egypto [illegible]
nus & omnia que [illegible]
loth cum eo in australem
plagam. Erat autem dives valde in
possessione auri & argenti. & erudistis
per gradus quo venerat a mane in bethel.
usq; ad locum ubi prius fixerat tabernaculum suum inter bethel & hai. in
eo altari quod fecerat prius. & invocavit
ibi nomen domini. Erat & loth qui
erat cum abram habens greges ovium
& armenta & tabernacula. nec poterat eos
capere terra. ut habitarent simul. Erant
quippe ibi eorum multitudo. nec poterant
habitare communiter. Unde factum est ut
inter pastores gregum abram & loth
autem tunc chananeus & ferezeus habitabant in illa terra. Dixit autem abram
ad loth. Ne quaeso sit iurgium inter me
& te. & inter pastores meos & pastores tuos
fratres enim sumus. Ecce universa terra
coram te est. Recede ab me obsecro. Si ad
sinistram ieris. ego dexteram tenebo. Si
tu dexteram elegeris. ego ad sinistram
pergam. Elevansq; itaq; loth oculos vidit
omnem circa regionem iordanis. quod
universa irrigabatur. antequam subverteret
dominus sodomam & gomorram sicut paradisus dei. & sicut egyptus venientibus
in segor. Elegitq; sibi loth regionem circa
iordanem. & recessit ab oriente. divisique
sunt alter ab altero. Abram habitavit in terra chanaan. loth vero habitavit in civitatibus que erant circa iordanem.
& tendebat usque sodomis. Homines autem
sodomite pessimi erant. & peccatores coram deo nimis. Dixitq; dominus ad
abram. postquam divisus est loth ab eo. Leva oculos tuos & vide a loco in quo nunc
es. ad aquilonem & meridiem. ad orientem & occidentem. Omnem terram quam
conspicis tibi dabo. & semini tuo usq; in
sempiternum. faciamq; semen tuum
sicut pulverem terre. Si quis potuerit
hominum numerare pulverem terre. & semen tuum numerare poterit.

Surge tambula terram in longitudi
& latitudine tua: quia tibi daturus sum
eam. Mouens igitur abram tabernacu
lum suum. uenit & habitauit iuxta conualle
mambre que è in ebron. edificauitq; i
bi altare domino. XIIII

Factum est autem in illo tẽ
pore ut audiret amraphel rex sen
aar. & arioch rex pontꝰ. & chodorla
omor rex elamitarum. et
thadal rex gentium uenient bellum cõ
tra bara regem sodomorum. & contra bersa
regem gomorre. & contra senaab regem adã
me. & contra semeber regem seboim. contraq;
regem bale. ipsa è segor. Omnes hi uene
runt in uallem siluestrem. que nunc
è mare salis. Duodecim enim annis ser
uierunt chodorlaomor. & quartodecimo
recesserunt ab eo. Igitur anno xiiij ueni
chodorlaomor & reges qui erant cum eo.
percusserunt raphaim in astaroth cor
naim & zuzim cum eis & emim in save ca
riathaim & horreos in montibꝰ seyr. usq;
ad cam pestum pharam que è in solitudi
ne. Reuersiq; sunt. & uenerunt ad fon
tem mesphat. ipsa è cades. & percusserũt
omnem regionem amalechitarum & a
morreum qui habitabat in asasonthã
mar. Et egressi sunt rex sodomorum &
rex gomorre. rexq; adame. & rex seboim
necnon & rex bale que è segor. & direxerũt
aciem contra eos in ualle siluestri. scilicet
chodorlaomor regem helamitarum. & thã
dal regem gentium. & amraphel regem
sennaar. & arioch regem pontꝰ. quatuor
reges aduersus quinq;. Vallis autem sil
uestris habebat puteos multos bitumi
nis. fugaq; rex sodomorum & rex gomorre ter
ga uertерunt. ceciderunt q; ibi. Et qui
remanserant fugerunt ad montẽ. Tu
lerunt autem omnem substantiam sodomo
rum & gomorre. & uniuersa que ad cibũ
pertinent. & abierunt. necnon & loth & &
substantiam eius filium fratris abram qui habi
bat in sodomis. Et ecce unus qui eua
serat nuntiauit abram ebreo. qui habi
tabat in conualle mambre amorrei fra
tris escol & fratris aner. hi enim pepigerant
fedus cum abram. Qui cum audisset
abram captum uidelicet loth fratrem suum
numerauit expeditos uernaculos suos

ccc. xviij. & persecutus è eos usq; dan. et
diuisis sociis. irruit super eos nocte. Per
cussitq; eos & persecutus è eos usq; aba.
que è ad leuam damasci. Reduxitq; om
nem substantiam. & loth fratrem suum cum substantia illius.
mulieres quoq; & populum. Egressus
è autem rex sodomorum in occursum e
ius. postq; reuersus è a cede chodorlao
mor. & regum qui cum eo erant. in ual
le save que è uallis regis. At uero melchi
sedech rex salem proferens panem & u
num. Erat enim sacerdos dei altissimi.
benedixit ei & ait. Benedictus abram deo
excelso qui creauit celum & terram. & be
nedictus deus excelsus quo protegente
hostes tuos manibus tuis tradita sunt. & de
dit ei decimas. ex omnibus. Dixit autem
rex sodomorum ad abram. Da mihi a
nimas. cetera tolle tibi. Cui respondit
ei. Leuo manum meam ad dominum
deum excelsum possessorem celi & terre. &
q; a filo subtegminis usq; ad corrigiã
calige non accipiam quicquam de omnibus que tua sunt. ne
dicas ego diuitem abram. exceptis his q;
comederunt iuuenes & partes uirorum
qui uenerant mecum. amer escol & ma
bre. isti accipient partes suas. XV

Post hec factus est sermo domini ad abram per
uisionem dicens. Noli ti
mere abram. ego protector
tuus sum. & merces tua magna nimis. &
Dixitq; abram. Domine deus quid da
bis mihi. Ego uadam absq; liberis.
& filius procuratoris domus mee iste
damascus eliezer. Addiditq; abram. Mi
hi autem non dedisti semen. & ecce ver
naculus meus heres meus erit. Statim
q; sermo domini factus è ad eum dicens.
Non erit hic heres tuus. sed qui egredi
tur de utero tuo. ipse heres habebis.
Eduxitq; eum foras. & ait illi. Suspi
ce celum & numera stellas si potes. & di
xit ei. Sic erit semen tuum. Credidit
deo abram. & reputatum est illi ad iusti
ciam. Dixitq; ad eum. Ego dominus
qui eduxi te de ur caldeorum. ut darem
tibi terram istam. & possideres eam. At
ille ait. Domine deus unde scire possim
q; possessurus sum eam. Et respondit
dominus. Sume inquit uaccam tri



nem ꝛ capiam animam ꝛ lanetem ānoꝝ
gnum. turturem quoq; ꝛ columbam. ⁊
Qui tollens universa hec. divisit per
medium. ꝛ utraq; partes ꝓtra se alter
secus posuit. Aues autē non divisit de
scendentiumq; volucres super cada. ꝛ
abigebat eas abram. Cumq; sol oc
cumberet. sopor irruit super abram. ꝛ
horror magnus ꝛ tenebrosus invasit.
eum. Dictumq; ē ad eum. Scito ꝑno
scens q; peregrinum futurum sit semi
nium. in terra non sua. Et subicient
eos servituti. ꝛ affligent quadrigēs
annis. Verumtamen gentem cui ser
vitum fuerit ego judicabo. ꝛ post hec egre
dientur cum magna substā. Tu autem
ibis ad patres tuos in pace. sepultus in
senectute bona. Generatione autē quar
ta. revertentur huc. Nec dum enim o
plete sunt iniquitates amorreorum.
usq; ad presens tempus. Cum ergo ⁊
occubuisset sol. facta ē caligo tenebro
sa. ꝛ apparuit clibanus fumigans. ꝛ lā
pas ignis transiens inter divisiones
illas. In die illo pepigit dñs cum abra
hā fedus dicens. Semini tuo dabo terram
hanc. a fluuio egipti usq; ad fluvium
magnum euphraten. cineos ꝛ cenezeos ⁊
cedmoneos ꝛ cetheos ꝛ ferezeos. raphai
quoq; ꝛ amorreos ꝛ eveos ꝛ chananeos ⁊
gergeseos ꝛ iebuseos.

XVII

Sarai uxor abram nō
genuerat liberos. ⁊ habens
ancillam egptiam nomiē
agar: dixit marito suo. Ec
ce conclusit me dominus ne parerem.
ingredē ad ancillam meam. si forte saltē
ex illa suscipiam liberos. Cumq; ille ⁊
acquiescentis precanti. tulit agar egip
tiam ancillam suam post annos x. q̄s ⁊
habitare ceperāt in terra chanaan: ⁊ de
dit uiro suo uxorem. Qui ingressus ē
ad eam. At illa ꝛcepisse se videns: despe
xit dominam suam. Dixitq; sarai ad a
bram. Iniqua agis ꝓtra me. Ego dedi a
ncillam meam in sinum tuum. que vi
dens q; ꝛcepit despectui me habet. Judicet
dominus inter me ⁊ te. Cui respondēs
abram. Ecce ait ancilla tua in manu
tua ē. utere ea ut libet. Affligente igitur
eam sarai: fugam iniit. Cumq; inve

nisset eam angelus domini juxta fonte
aque in solitudine q̄ est in via sur ad
to. dixit ad illam. Agar ancilla sarai
unde venis ⁊ quo vadis? Que respōdit.
A facie sarai domine mee ego fugio. Dic
q; ei angelus domini. Revertere ad do
minam tuam. ⁊ humiliare sub manu ei
Et rursum. Multiplicans multiplicabo semen tuum. ⁊ non numerabi
prę multitudine. hac dein cepe. ecce ait
ꝛcepisti ⁊ paries filium. vocabisq; nomē
eius ismael. eo quod audierit dominus
afflictionem tuam. Hic erit ferus hom̄
manus eius ꝓtra omnes. ⁊ manus om̄
ꝓtra eum. ⁊ e regione universorum fra
trum suorum figet tabernacula. Vocavit autē
nomen domini agar. qui loquebat ad
eam. tu deus qui vidisti me. Dixit enim
Profecto. hic vidi posteriora videntis
me. Propterea appellavit puteū illius
puteum videntis ⁊ videntis me. Ipse est
inter cades ⁊ balad. Peperitq; agar abra
filium. qui vocatur nomen eius ismael
Octoginta ⁊ sex annorum erat abram quā
peperit ei agar ismaelem.

XVIII

Postq; vicesimo nonagesimo et
nonagesimo annorum ē ef
fectus abram apparuit ei dominus ⁊
Dixitq; ad eum. Ego deus
omnipotens. Ambula coram me. ⁊ esto per
fectus. Ponamq; fedus meum inter me
⁊ te. ⁊ multiplicabo te vehementer nimis
Cecidit itaq; abram in faciem suam. Dix
itq; ei deus. Ego sum ⁊ pactum meum tec
ecum. eris q; pater multarum gentium. nec ⁊
ultra vocabitur nomen tuum abram. sed
appellaberis abraam. quia patrem multa
rum gentium constitui te. Faciamq; te crescē
tissime. ⁊ ponam te in gentibus. re
gesq; ex te egredientur. Et statuam pac
tum meum inter me ⁊ te. ⁊ inter semen ⁊
tuum post te. in generationibus suis fe
dere sempiterno. ut sim deus tuus. ⁊ se
minis tui post te. Dabōq; tibi ⁊ semini
tuo terram peregrinationis tue. omnē
terram chanaan in possessionē eternā.
eroq; deus eorum. Dixit iterum deus
ad abraam. Et tu ergo custodies pac
tum meum. ⁊ semen tuum post te in ⁊
generationibus suis. Hoc ē pactum quod
observabitis inter me ⁊ vos. ⁊ semen tuum



post me. Circumcidetur ex vobis omne masculinum: et circumcidetis carnem preputij vestri: ut sit in signum fœderis inter me et vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus quàm emptitius: et quicquid non fuerit de stirpe tua. Stabit pactum meum in carne vestra in fœdus eternum. Masculus cuius preputij caro circumcisa non fuerit: delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Dixit quoque deus ad abraam. Sarai uxorem tuam non uocabis sarai: sed sara. Benedicam ei: et ex illa dabo tibi filium: cui benedicturus sum: et erit in gentes: et reges populorum orientur ex eo. Cecidit abraam in faciem suam: et risit: dicens in corde suo. Putasne centenario nascetur filius: et sara nonagenaria parit? Et dixit ad deum. Ismahel saltem coram te. Et ait deus ad abraam. Sara uxor tua pariet tibi filium: uocabisq; nomen eius ysaac. Et statuam pactum meum illi in fœdus sempiternum: et semini eius post eum. Super ismael quoq; exaudiui te. Ecce benedicam ei: et augebo et multiplicabo eum nimis. Duodecim duces generabit: et faciam illum in gentem magnam. Pactum autem meum statuam ad ysaac: quem pariet tibi sara: eo ipso in anno alterno. Cumq; finitus esset sermo loquentis cum eo: ascendit deus ab abraam. Tulit autem abraam ismaelem filium suum: omnesq; vernaculos domus sue: universosq; quos emerat: omnes masculos de cognatione domus sue: et circumcidit carnem preputij eorum statim in ipsa die: sicut preceperat ei dominus. Abraam nonagenarius erat quando circumcisa est caro preputij sui: et ismael filius eius tredecim annos implebat quando circumcisionis sue. Eadem die circumcisus est abraam: et ismael filius eius: et omnes viri domus illius. tam ver-

XVIII

Apparuit autem ei dominus

in convalle mambre sedenti

in hostio tabernaculi sui. I

ipso feruore diei. Cumq; leuasset oculos: apparuerunt ei tres uiri stantes prope eum. Quos cum uidisset: cucurrit in occursum eorum de hostio tabernaculi sui: et adorauit in terram prolapsus. Dixitq; Domine si inueni gratiam in oculis tuis: ne transeas seruum tuum. Sed afferam paululum aque: et lauent pedes uestri: et requiescite sub arbore. Ponamq; buccellam panis: et roborate cor uestrum: postea transibitis. Sic enim declinastis ad seruum uestrum. Qui dixerunt. Facias sicut locutus es. Festinauit abraam in tabernaculum ad saram: dixitq; ei. Accelera: tria sata similæ commisce: et fac subcinericios panes. Ipse uero ad armentum cucurrit: et tulit inde uitulum tenerrimum: et optimum: deditq; puero. Qui festinauit: et coxit illum. Tulitq; butyrum et lac et uitulum quem coxerat: et posuit coram eis. Ipse uero stabat juxta eos sub arbore. Cumq; comedissent: dixerunt ad eum. Ubi est sara uxor tua? Ille respondit. Ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Reuertens ueniam ad te tempore isto uita comite: et habebit filium sara uxor tua. Quo audito sara: intra postes hostij tabernaculi stabat autem ambo senes: prouectæq; etatis: et desierant fieri sare muliebria. Quæ intra se occulte dicens. Postquam consenui: et dominus meus uetulus est: uoluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad abraam. Quare intra se sara uxor tua dicens. Nunquid uere parturiam sum anus? Numquid deo est quicquam difficile? Juxta constitutum reuertar ad te hac eadem tempore uita comite: et habebit sara filium. Negauit sara dicens. Non risi timore perterrita. Dominus autem. Non est inquit ita: sed risisti. Cum ergo surrexissent inde uiri direxerunt oculos contra sodomam: et abraam simul gradiebatur deducens eos. Dixitq; dominus. Num celare potero abraam que gesturus sum: cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam: et benedicende sint in eo omnes nationes terre. Scio enim quod precepturus sit filijs suis: et domui sue post se: ut custodiant uiam domini: et faciant iudicium: ut adducat dominus super abraam omia que locutus est ad eum. Dixitq;



dominus. Clamor sodomorum & gomorreorum multiplicatus è. & peccata eorum aggrauata sunt nimis. Descendã & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me opere compleuerint. an non est ita. ut sciam. Conuersique sunt inde. & abierunt sodomam. Abraam uero adhuc stabat coram domino. & appropinquans ait. Numquid perdes iustum cum impio. Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate. peribunt simul. & non parces loco illi propter. l. iustos si fuerint in eo. Absit a te. ut hanc rem facias & occidas iustum cum impio. fiatque iustus sicut impius. Non è hoc tuum qui iudicas omnem terram. Nequaquã facies iudicium. Dixitque dominus ad eum. Si inuenero sodomis. l. iustos in medio ciuitatis. dimittam omni loco propter eos. Et respondens abraam ait. Quia semel cepi. loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis. Quid si minus l. iustis quinq; fuerint. delebis propter v. uniuersam urbem. Et ait. Non delebo si inuenero ibi xlv. Rursumque locutus est ad eum. Sin autem xl. inuenti fuerint. quid facies. Ait. Non percutiam propter xl. Ait rursum. Ne quaeso irascaris domine. si loquar. Quid si inuenti fuerint ibi xxx. Respondit. Non faciam. si inuenero ibi xxx. Quia semel ait cepi. loquar ad dominum meum. Quid si inuenti fuerint ibi xx. Dixitque. Non interficiam propter xx. Obsecro ne irascaris domine. si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi x. Dixit. Non delebo propter decem. Abiit dominus postquã cessauit loqui ad abraam. & ille reuersus è in locum suum.

XIX

Venerunt que duo angeli sodomam uespere. sedente loth in foribus ciuitatis. Qui cum uidisset surrexit. & occurrit eis. & adorauit pronus in terram. & dixit. Obsecro domini. declinate in domum pueri uestri. & manete ibi. Lauate pedes uestros. & mane proficiscemini in uiam uestram. Qui dixerunt. Non ne. sed in platea manebimus. Compulit illos oppido. ut diuerterent ad eum. Ingressique domũ illius fecit eis conuiuium. Coctosque azyma. & comederunt. Priusquam cubitum irent. uiri ciuitatis uallauerunt domũ illius a puero usque ad senem. omnis populus simul. Vocauerunt que loth. & dixerunt ei. Vbi sunt uiri qui introierunt ad te nocte. Educ illos huc. ut cognoscamus eos. Egressus ad illos loth. post tergum. ac claudens hostium ait. Nolite quaeso fratres mei. nolite hoc malum facere. Ecce duas filias. quae necdum cognouerunt uirum. Educam eas ad uos. & abutamini eis sicut uobis placuerit. dum modo uiris istis nichil faciatis mali. quia ingressi sunt sub umbra culminis mei. At illi dixerunt. Recede illuc. Et rursum. Ingressus es inquiunt ut aduena. nunquid ut iudices. Te ergo ipsum magis quam hos affligemus. Vimque faciebant loth. uehementissime. Iam propemodum ut infringerent fores. Ecce miserunt uiri manum suam. & introduxerunt loth. Clauseruntque hostium. & eos qui erant foris percusserunt caecitate a minimo usque ad maximum. ita ut hostium inuenire non possent. Dixerunt autem ad loth. Ecce huc usque generum quempiam. aut filios aut filias. Omnes qui tui sunt. educe de urbe hac. Delebimus enim locum istum. eo quod inualuerit clamor eorum coram domino. qui misit nos. ut perdamus illos. Egressus itaque loth. locutus est ad generos suos qui acceperant. filias eius. & dixit. Surgite. & egredimini de loco isto. quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et uisus est eis quasi ludens loqui. Cumque esset mane. compellebant eum angeli dicentes. Surge. & tolle uxorem tuam. & duas filias quas habes. ne & tu pereas in sceleribus ciuitatis. Dissimulante illo. apprehenderunt manus eius. & manum uxoris. ac duarum filiarum eius. eo quod parceret dominus illi. & eduxerunt eum posueruntque extra ciuitatem. ibi locuti sunt ad eum dicentes. Salua animam tuam. noli respicere post tergum. nec stes in omni circa regione. sed in monte saluum te fac. ne & tu simul pereas. Dixitque loth ad eos. Quaeso domine mi. quia inuenit seruus tuus gratiam coram te. et

magnificath

Genesis

magnificauit misericordiam tuam quam fecisti mecum ut liberares animam meam. nec possum in monte saluari. ne forte apprehendat me malum & moriar. Ecce ciuitas hec iuxta ad quam possim fugere pusilla. & saluabor in ea. Nunquid non modica est. Et uiuet anima mea. Dixitque dominus ad eum. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas. ut non subuertam urbem hanc pro qua locutus es. Festina & salua me ibi. quia non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc. Propterea uocauit nomen urbis illius segor. Sol egressus est super terram. & loth ingressus est segor. Igitur dominus pluit super sodomam & gomorram sulphur & ignem a domino de celo. & subuertit ciuitates has. & omnem circa regionem. uniuersos habitatores urbium. et cuncta terre uirentia. Respiciensque uxor eius post se. facta est in statuam salis. Abraam autem consurgens mane ubi steterat prius cum domino. intuitus est solo contra sodomam & gomorram & uniuersam terre regionis illius. uiditque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. Cum enim subuerteret deus ciuitates regionis illius. recordatus est abraae & liberauit loth de subuersione urbium in quibus habitauerat. Ascendit quoque loth de segor. & mansit in monte. duae quoque filiae eius cum eo. Timuerat enim manere in segor. & mansit in spelunca ipse & duae filiae eius cum eo. Dixitque maior ad minorem. Pater noster senex est. & nullus uirorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos. iuxta morem uniuersae terre. Veni inebriemus eum uino. dormiamusque cum eo. ut seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaque patri suo bibere uinum nocte illa. Et ingressa est maior. dormiuitque cum patre. Ille non sensit. nec quando accubuit filia. nec quando surrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem. Ecce dormiui heri cum patre meo. demus ei bibere uinum etiam hac nocte & dormies cum eo. ut saluemus semen de patre nostro. Dederunt & illa nocte patri suo bibere uinum. Ingressaque minor filia dormiuit cum eo. Et nec tunc quidem sensit. quando accubuit. uel quando surrexit. Conceperunt ergo duae filiae loth de patre suo. Peperitque maior filium. & uocauit nomen eius moab. Ipse est pater moabitarum. usque in presentem diem. Minor quoque peperit filium. et uocauit nomen eius ammon. i. filius populi mei. Ipse est pater ammonitarum usque hodie.

CAPVT XX

Profectus inde abraam uenit terram australem. habitauitque inter cades & sur. & peregrinatus est in geraris. Dixitque de sara uxore sua. Soror mea est. Misit ergo abimelech rex geraris. & tulit eam. Venit autem deus ad abimelech per somnium nocte. & ait illi. En morieris propter mulierem quam tulisti. habet enim uirum. Abimelech uero non tetigerat eam. & ait. Domine num gentem ignorantem & iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi. soror mea est? & ipsa ait. frater meus est. In simplicitate cordis mei. & munditia manuum mearum. feci hoc. Dixitque deus ad eum. Et ego scio quod simplici corde feceris. & ideo custodiui te. ne peccares in me. & non dimisi ut tangeres eam. Nunc ergo redde uxorem uiro suo. quia prophetes est. & orabit pro te & uiues. Si autem nolueris reddere. scito quod morte morieris. tu & omnia quae tua sunt. Surgens ergo de nocte. consurgens abimelech uocauit omnes seruos suos. & locutus est uniuersa uerba haec in auribus eorum. Timuerunt ergo omnes uiri ualde. uocauitque & abimalech etiam abraam & dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te quia induxisti super me & super regnum meum peccatum grande. Quae non debuisti facere. fecisti nobis. Rursumque expostulans ait. Quid uidisti ut hoc faceres? Respondit abraam. Cogitaui me cum. dicens. Forsitan non est timor dei in loco isto. & interficient me propter uxorem meam. Alias autem & uere soror mea est. filia patris mei. & non filia matris meae. & duxi eam in uxorem. Postquam autem eduxit me deus. de domo patris mei. dixi ad eam. Hanc miam facies mecum. in omnibus locis ad quem ingrediemur. dicens de fratre meo sum. Tulit igitur abimelech oues & boues & seruos & ancillas



redit abraam. Reddiditq; sarai uxo
rem suam. ait. Tecum coram nobis è.
ubicumq; tibi placuerit habita. Sa
re autem dixit. Ecce mille argen teos
dedi fratri tuo. hæc erit tibi in uelamen
oculorum ad omnes qui tecum sunt.
& quocumq; perueneris memento repre
hensam. Orante autem abraam. sana
uit deus abimelech uxorem ancillas
q; eius. & pepererunt. Conclauerat eis
deus omnem uulua tomus abime
lech: propter sarai uxorem abraam.

XXI

Visitauit autem dominus sarai sicut pro
miserat. & impleuit quelo
cutus è. Concepitq; & pe
perit filium in senectute sua. tpe quo
prædixerat. Vocauitq; abraam nomen
filij sui qué genuit ei sara. ysaac. Et
circumcidit eum octauo die. sicut pre
ceperat ei deus. cum centum ānorum
hæc quippe erat ætas prisca. natus è ysaac.
Dixitq; sara. Risum fecit mihi deus
Quicumq; audierit. corridebit mihi
Rursumq; ait. Quis auditurus esset
abraam. q; sara lactaret filium.
quem peperit ei iam senex. Creuit igit
puer. & ablactatus è. Fecitq; abraam
grande conuiuium. in die ablactationis
eius. Cumq; uidisset sara filium agar
ægyptiæ ludentem cum filio suo ysaac.
dixit ad abraam. Eice ancillā hanc.
& filium eius. Non enim erit hæres fi
lius ancille. cum filio meo ysaac. Du
rum accepit hoc abraam. pro filio suo. &
Cui dixit deus. Non tibi uideatur a
sperum. super puero & super ancilla tu
Omnia quæ dixerit tibi sara. audi
uocem eius. quia in ysaac uocabitur
tibi semen. Sed & filium ancille faciam
in gentem magnam. quia semen tuū
é. Surrexit itaq; abraam mane & tol
lens panem. & utrem aque imposuit
scapule eius. tradiditq; puerum & di
misit eam. Quæ cum abiisset. errabat
solitudine bersabee. Cumq; consumpta
esset aqua in utre. abiecit puerum sub
umam arborem quæ ibi erat. & abiit.
Seditq; contra procul. quantum pot
arcus iacere. Dixit enim. Non uidebo
hoc morientem puerum. Et sedens

leuauit uocem suam & fleuit. Exau
diuit autem uocem deus pueri. Vocauit
q; angelus dei de cælo. dicēs
Quid agis agar? Noli timere. Exau
diuit enim deus uocem pueri de loco i
quo è. Surge & tolle puerum & tene ma
num eius. quia in gentem magnam
faciam eum. Aperuitq; oculos eius &
Quæ uidens puteum aquæ. abiit. &
plenum utrem. deditq; puero bibere. &
fuit cum eo. Qui creuit habitauitq; in
solitudine. Factusq; est iuuenis sagitta
rius. habitauitq; in deserto pharan. Et
accepit illi mater sua uxorem de terra
ægypti. Eodem tpe dixit abimelech
& ficol princeps exercitus eius ad abra
am. Deus tecum è in omnibus quæ
agis. Iura ergo per nomen dei. ne noce
as mihi. & posteris meis. stupri mise
ricordiam quam fecisti facies i
mihi. & terræ in qua uersatus è adue
na. Dixitq; abraam. Ego iurabo. Et
increpauit abimelech propter puteū
aquæ quem ui abstulerant famuli eius
Dixitq; Nescio quis fecerit hanc
rem. & tu non indicasti mihi. nec ego
non audiui præter hodie. Tulit itaq;
abraam oues & boues. & dedit abime
lech. percussitq; amicus fœdus. &
Creuerunt abraam vii agnæ gregis
seorsum. Cui dixit abimelech. Qui
sibi uolunt vii agnæ istæ quas stare
fecisti seorsum? Ille. Septem agnas
agnas accipies de manu mea. ut sint in
testimonium mihi. qui foderim puteum
istum. Propterea uocatus est locus ille ber
sabee. quia ibi uterq; iurauit. & inierunt
fœdus pro puteo iuramenti. Surrexerunt
autem abimalech & ficol princeps mi
litiæ exercitus eius. reuersique sunt in
ram palæstinorum. Abraam autem plā
tauit nemus in bersabee. & inuocauit ib
nomen dei æterni. & fuit colonus terræ
philistinorum diebus multis.

XXII

Peracta sunt. Tentauit deus abraam & dixit ad
eum. Abraam abraam. At
ille respondit. Ad sum. Ait
illi. Tolle filium tuum unigenitum
quem diligis isaac. & uade in terram
uisionis. atq; offer eum ibi holocau

GENESIS

stum. surge: ascende montium que monstrauero tibi. Igitur abraam de nocte consurgens stravit asinum suum. duxitq secum duos iuuenes. & ysaac filiu suu. Cumq scidisset ligna in holocaustu: abiit ad locum quem preceperat ei deus. Die autem tertio eleuatis oculis. vidit locum procul. Dixitq ad pueros suos. Expectate hic cum asino. ego & puer illuc usq properantes. postquã adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoq ligna holocausti. & imposuit super ysaac filium suum. Ipe uero portabat in manibus ignem & gladium. Cumq duo pergerent simul. dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis & ligna. ubi é victima holocausti? Dixit abraam. Deus providebit sibi victimã holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter. uenerunt q ad locum quem ostenderat ei deus. In quo edificauit altare. & desuper ligna composuit. Cumq colligasset ysaac filium suum. posuit eum in altari super struem lignorum. Extenditq manum & arripuit gladium. ut immolaret filium suũ. Et ecce angelus domini de celo clamauit. dicens. Abraam abraam. Qui respondit. Adsum. Dixitq ei. Non extendas manum tuam super puerum. neq facias illi quicq. Nunc cognoui q timeas deum. & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Leuauit abraam oculos. uidit q post tergum arietem inter vepres herentem cornibus. Quem assumens. obtulit holocaustu pro filio. Appellauitq nomen loci illius dominus videt. unde usq hodie dicitur in monte dominus videbit. Vocauit autem angelus domini abraam secundo de celo. dicens. Per memet ipsum iurauit dicit dominus. quia fecisti rem hanc & non pepercisti filio tuo unigenito propter me. benedicam te. & multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. & velut arenam que est in ore maris. possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. & benedicentur in semine tuo omnes gentes terre. quia obedisti voci mee. Reuersus q est abraam ad pueros suos. abieruntq bersabee simul. & habitauit ibi. Hys ita

gestis nuntiatum é abraam q melcha quoq genuisset filios nachor fri suo. Hus primogenitum & huc fratrem eius. Chamuel quoq patrem syrorum & chased & azan. pheldas quoq & iedlaph & bathuel de quo nata é rebecca. Octo istos genuit melcha nachor fri abraam. Cõcubina uero illius nomine roma. peperit & abaleec. & gaam. & thaas & thamacha. &

XXIII

Fuerunt autem simul dies uite sare centum. xxvij. anni. & mortua é in ciuitate arbee que é ebron in terra chanaan. Venitq abraam. ut plangeret eam & fleret eam. Cumq surrexisset ab officio funeris. locutus é ad filios ethei. Aduena sum & peregrinus apud uos. date michi ius sepulcri uobiscum. ut sepeliam mortuum meum. Respondentesq filii ethei dicentes. Audi nos domine princeps dei es apud nos. in electis sepulchris nris sepeli mortuum tuum. Nullusq te prohibere poterit. quin in monumento sepulchri eius mortuum tuum. Surrexit abraam & adorauit populum terre. filios uidelicet ethei. dixitq ad eos. Si placet anime ure. ut sepeliam mortuum meum. audite me. & intercedite pro me apud ephron filium seor. ut det michi speluncam duplicem quã habet in extrema parte agri sui. pecunia digna tradat michi eam coram uobis in possessionem sepulcri. Habitabat aũt ephron in medio filiorum eth. Responditq ephron ad abraam. cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius dicens. Nequaq hoc fiat domine mi. sed magis ausculta que loquor. Agrum trado tibi. & speluncam que in eo é. presentibus filijs populi mei. sepeli mortuum tuum. Adorauit abraam coram populo terre. & locutus é ad ephron. audiente constante plebe. Queso ut audias me. Dabo pecuniam pro agro. Suscipe eã. & sic sepeliam mortuum meum in eo. Respondit ephron. Domine mi audi me. Terra quam postulas. quadringentos siclos argenti ualet. Istud é pretium inter me & te. Sed quantum é hoc. Sepeli mortuum tuum. Quod cum audisset abraam. appendit pecuniam quam ephron po

stituant: audientib⁹ filijs eth. quadrigentos siclos argenti probate monete publice. Confirmatusq; é ager: quéda ephronis in quo erat spelunca duplex: respiciens mambre. tam ipe q; spelunca omnes arbores eius. in cunctis termijs eius per circuitum. abrae in possessionē uidelicet filijs eth: cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atq; ita sepelijt abraam saram uxorem suam. in spelunca agri dupli. qui respiciebat. mambre. hec é ebron in terra chanaan. Et confirmatus é ager: cum omnibus quæ erant in eo. abrae in possessionem monumenti a filijs eth.

XXIIII

Erat autem abraam senex. dierumq; multorum: et dñs in cunctis benedixerat ei. Dixitq; ad seruum senio rem domus sue. qui preerat omnib⁹ q̄ habebat. Pone manum tuam sub̄ femur meum. ut adjurem te per dominū deum celi et terre: ut non accipias uxorē filio meo de filijs chananeorum inter quos habito. sed ad terram et cognationem meam proficiscaris. et inde accipias uxorem filio meo isaac. Respondit famulus. Si noluerit mulier uenire mecum in terram hanc. num reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Dixit abraā. Cauē ne quando reducas filium meū illuc. dominus deus celi qui tulit me de domo patris mei. et de terra natiuitatis mee. qui locutus é michi. et iurauit dicens. semini tuo dabo terram hanc: ipe mittet angelum suum coram te. et accipies inde uxorem filio meo. Si aūt noluerit mulier sequi te. non teneberis iuramento: filium tantum meum ne reducas illuc. Posuit ergo famulus manū sub femore abraam domini sui: et iurauit illi super sermone hoc. Tulitq; decē camelos de grege domini sui. et abijt: et omnibus bonis eius portans secum. profectusq; pergens in mesopotamiam ad urbem nachor. Cumq; camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteū aque uespere. eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquā. dixit. Domine deus domini mei abraā occurre obsecro hodie mihi. et fac misericordiam cum domino meo abraam. Ecce ego sto prope fontem aque. et filie habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero. inclina hydriam tuam ut bibam. et illa respondeat: bibe quin et camelis tuis tribuam potum. ipa é quam preparasti seruo tuo isaac. Et per hoc intelligam. q̄ feceris misericordiam cum domino meo. Nondum intra se uerba complenerat. et ecce rebecca egrediebatur filia bathuelis filij melche uxoris nachor fratris abraam. habens hydriam in scapula. puella decora nimis. uirgoq; pulcherrima et incognita uiro. Descenderat autem ad fontem. et impleuerat hydriam: ascenderatq; Occurritq; ei seruus. et ait. Paruulum michi ad sorbendum pauca de hydria tua. Que respondit. Bibe domine mi. Celeriterq; deposuit hydriam super ulnam suam. et dedit ei potum. Cumq; ille bibisset. adiecit. Qui et camelis tuis hauriam aquam. donec cuncti bibant. Effundensq; hydriam in canalibus: recurrit ad puteum ut hauriret aquam. Et hauriens omnibus eius camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam tacitus. scire uolens utrum prosperum fecisset iter: sinum dominus an non. Postquam ergo biberant cameli. protulit uir inaures aureas appendentes siclos duos. et armillas totidem. pondo siclorum decē. Dixitq; ad eam. Cuius es filia? indica michi. Est in domo patris tui locus ad manendum? Que respondit. Filia bathuelis sum. filij melche. quem peperit nachor. Et addidit dicens. Palee quoq; et fenum plurimum é apud nos. et locus spatiosus ad manendum. Inclinauit se homo. et adorauit dominum dicens. Benedictus dominus deus domini mei abraam: qui non abstulit misericordiam suam et ueritatem suam a domino meo. et recta me itinere perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit puella. et nunciauit in domum matris sue. omnia que audierat. Habebat autem rebecca fratrem nomine laban. Qui festinus egressus é ad hominem ubi erat fons. Cumq; uidisset inaures et armillas in manibus sororis sue. et audisset cuncta uerba referentis. hec locutus é michi homo. ueni

dominū meū abraam. Ecce ego sto prope fontem aque. et filie habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero. inclina hydriam tuam ut bibam. et illa respondeat: bibe quin et camelis tuis tribuam potum. ipa é quam preparasti seruo tuo isaac. Et per hoc intelligam. q̄ feceris misericordiam cum domino meo. Nondum intra se uerba complenerat. et ecce rebecca egrediebatur filia bathuelis filij melche uxoris nachor fratris abraam. habens hydriam in scapula. puella decora nimis. uirgoq; pulcherrima et incognita uiro. Descenderat autem ad fontem. et impleuerat hydriam: ascenderatq; Occurritq; ei seruus. et ait. Paruulum michi ad sorbendum pauca de hydria tua. Que respondit. Bibe domine mi. Celeriterq; deposuit hydriam super ulnam suam. et dedit ei potum. Cumq; ille bibisset. adiecit. Qui et camelis tuis hauriam aquam. donec cuncti bibant. Effundensq; hydriam in canalibus: recurrit ad puteum ut hauriret aquam. Et hauriens omnibus eius camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam tacitus. scire uolens utrum prosperum fecisset iter: sinum dominus an non. Postquam ergo biberant cameli. protulit uir inaures aureas appendentes siclos duos. et armillas totidem. pondo siclorum decē. Dixitq; ad eam. Cuius es filia? indica michi. Est in domo patris tui locus ad manendum? Que respondit. Filia bathuelis sum. filij melche. quem peperit nachor. Et addidit dicens. Palee quoq; et fenum plurimum é apud nos. et locus spatiosus ad manendum. Inclinauit se homo. et adorauit dominum dicens. Benedictus dominus deus domini mei abraam: qui non abstulit misericordiam suam et ueritatem suam a domino meo. et recta me itinere perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit puella. et nunciauit in domum matris sue. omnia que audierat. Habebat autem rebecca fratrem nomine laban. Qui festinus egressus é ad hominem ubi erat fons. Cumq; uidisset inaures et armillas in manibus sororis sue. et audisset cuncta uerba referentis. hec locutus é michi homo. ueni

GENESIS

ad vrbem qui stabat iuxta cameloꝰ et
prope fontem aque: diriguꝫ ad eum. In
gressusq; benedixit dñō. Qui fons stis:
Preparauit dominus: locum cameli. Et
introduxit eum in hospicium. deq; stra
uit camelos. Deditq; paleas et fenum:
et aquam ad lauandos pedes eius: virorum
qui venerant cum eo. Et apposita sunt
coram eo panes. Qui ait
Non comedam: donec loquar sermones
meos. Respondit ei. Loquere. At ille. Seruꝰ
sum abraam sum. et dominus benedi
xit domino meo vsq; magnificatusq; est. et dedit ei oues et boues. argentum
et aurum. seruos et ancillas. camelos et asi
nos. Et peperit sara vxor domini mei filium
domino meo in senectute sua. deditq;
illi omnia que habuerat. Et adiurauit me
dominus meus: dicens. Non accipies
uxorem filio meo de filiabus chana
neorum in quorum terra habito: sed
ad domum patris mei perges. et de cogna
tione mea accipies uxorem filio meo.
Ego vero respondi domino meo. Quid
si noluerit venire mecum mulier? Dixit
mihi. In cuius conspectu ambulo mittet an
gelum suum tecum. et diriget viam tuam.
accipiesq; uxorem filio meo de cognatio
ne mea et de domo patris mei. Innocens
eris a maledictione mea. cum veneris
ad propinquos meos. et non dederint
vobis: ergo hodie ad fontem. et dixi. Dñe
deus domini mei abraam. si direxisti
viam meam in qua nunc ambulo. ecce
sto iuxta fontem aque. et virgo que egre
diens: ad hauriendam aquam audie
rit me. da mihi paululum aque ad
bibendum ex hydria tua et dixerit mihi.
et tu bibe. et camelis tuis hauriam: ipsa e
mulier quam preparauit dominus fi
lio domini mei. Cumq; hec mecum
tacitus voluerem: apparuit rebecca ve
niens cum hydria quam portabat in sca
pula. Descenditq; ad fontem. et hausit
aquam. Et dixi ad eam. Da mihi pau
lulum bibere. Que festinans deposuit
hydriam de humero. et dixit mihi. Et
tu bibe et camelis tuis potum tribuam.
Bibi. et adaquauit camelos. Interrogaui
q; eam. et dixi. Cuius es filia? Que ait.
Filia bethuelis sum filij nachor quem pe

peperit ei melcha. Suspendi itaq; inau
res ad ornandam faciem eius. et armil
las posui in manibus eius: prouolutusq;
sum in terram. et adoraui dominum. benedicens domi
no deo domini mei abraam. qui perduxit
me recto itinere. ut sumerem filiam fra
tris domini mei filio eius. Quamobrem
tuus invenisse nos gratiam in conspec
tu tuo. nisi ambulaveris nobiscum.
ut glorificemur ab omnibus populis q
habitant super terram. Dixit autem dñs
ad moysen. Et verbum istud quod
loquutus es faciam. Invenisti enim
gratiam coram me. et te ipm novi ex no
mine. Qui ait. Ostende mihi gloriā
tuam. Respondit. Ego ostendam tibi om
nem bonum. et vocabo in nomine domini
coram te. et miserebor cui voluero. et
clemens ero in quem mihi placuerit

ur. Ausumq; aut. Non poteris ui-
ficiem meam. Non enim uidebit me
homo. 7uiuet. Et ait. Ecce ait
é locus apud me. 7stabis supra petrã.
Cumq; transibit gloria mea. ponam
te in foramine petre. 7protegam dextera
mea donec transeam. Tollamq; manum
meam 7uidebis posteriora mea. faciem
autem meam uideri non poteris. 34

Et dixit dñs. Precide tibi
duas tabulas lapideas
similes priorum. 7scribam
super eas uerba que habue-
runt tabule quas fregisti. Esto parat⁹
mane. ut ascendas statim montem
syna. stabisq; mecum super uertice
montis. Nullus ascendat tecum. nec
uideatur quisquam per totum montem
Oues quoq; 7boues. non pascantur
e contra. Excidit ergo duas tabulas
lapideas. quales antea fuerant. Et
de nocte surgens. ascendit montem
syna. sicut preceperat ei dominus.
portans secum tabulas. Cumq; de-
scendisset dominus per nubem. stetit
moyses cum eo. inuocans nomen dñi.
Quo transeunte coram eo. ait. Dñe
7dñe deus misericors 7clemens
patiens 7multe miserationis ac uerax.
qui custodis misericordiam in milia qui au-
feres iniquitatem 7scelera atq; pecca-
nullusq; apud te per se innocens est.
qui reddis iniquitatem patrum filijs
ac nepotibus in tertiam 7quartam pro-
geniem. Festinusq; moyses curuauit
pronus in terram. 7adorans ait. Si
inuenio gratiam in conspectu tuo dñe
obsecro ut gradiatur nobiscum. po-
pulus enim durę cervicis é. tu auferes
nras iniquitates 7nra atq; peccata. 7
nos q; possideas. Respondit dominus.
Ego inibo pactum. Videntibus cunc-
tis signa faciam que nequam fuerunt uisa
super terram. nec in ullis gentibus.
ut cernat populus in te. in cuius es me-
dio opus dñi terribile. quod ego fe-
turus sum. Obserua cuncta que hodie
mando tibi. Ego ipe eiciam ante fa-
ciem tuam amorreum 7chananeum.
7cetheum 7ferezeum. 7iebuseum. Cane ne unquam cui

habitatoribus terre illius. iungas ami-
citias que tibi sint in ruinam. sed ara
eorum destrue. confringe statuas. luco
q; succide. Noli adorare deum alienum.
Dominus zelotes nomen eius. deus
é emulator. Ne ineas pactum cum ha
bitatoribus illarum regionum. ne cum for
nicati fuerint cum dijs suis. 7adorare
uint simulacra eorum. uocet te quispi
am. 7comedas de immolatis. Nec uxo
rem de filiabus eorum accipies filijs tu
is. ne postq; ille fuerint fornicate for
nicari faciant 7filios tuos ut de eis sint.
Deos conflatiles. non facies tibi. Sollé
nitatem azimorum custodies. vij die
bus uescens azimis. sicut precepi tibi.
in tp̃e mensis nouoꝝ. In mense enim
temporis. egressus es de egipto. Omne
quod aperit uuluam generis masculini
meum erit. De cunctis animantibus tam
de bobus quam de ouibus. meum erit. Pri
mogenitum asini redimes oue. Si
autem nec pretium pro eo dederis. oc
cidetur. Primogenitum filiorũ tuorũ
redimes. nec apparebis in conspectu tuo
uacuus. Sex diebus operaberis. in die
vij cessabis arare 7metere. Solemni
tatem ebdomadarum facies tibi in p̃
mitijs frugum messis tue triticee. 7so
lemnitatem quando recolligitur anni tp̃
acta clauditur. Tribus tp̃ibus anni. appa
rebit omne masculinum tuum in con
spectu omnipotentis dei dei tui israel.
Cum enim tulero gentes a facie tua
7dilatauero terminos tuos. nullus ini
diabit terre tue. ascendente te. 7ap
parente in conspectu dñi dei tui. ter
in anno. Non immolabis super fermẽto
sanguinem ostie mee. neq; remanebit
mane de uictima solemnitatis phase.
Primicias frugum terre tue. offeres in
domum dñi dei tui. Non coques ha
edum in lacte matris sue. Dixitq; dñs
ad moysen. Scribe tibi uerba hec. q̃bus
7tecum 7cum israel pepigi fedus. Fu
it ergo ibi cum dño. xl. dies 7xl. no
tes panem non comedit. 7aquam no
bibit. Et scripsit in tabulis. uerba fe
deris decem. Cumq; descenderet moy
ses de monte syna. tenebat duas ta
bulas testimoñ. 7ignorabat q̃ cor



EXO



nuti cēr facies sua ꝙ soꝛtio sm̄onis dei
Vocentes autem aaron ꝙ filij ysrael com
tam moysi faciem. timuerunt ꝓpe ac
cedere. Vocatiqꝫ ab eo. reuersi sunt tam
aaron quam ꝓncipes synagoge. Et po
stq̄ locutus ē. uenerunt ad eum etiā filij
ysrael. Quibꝰ ꝓcepit. ea q̄ audierāt
a domino in monte synai. Impletisqꝫ s
monibꝰ. posuit uelamen sup̄ faciem
suam. Quod ingressus ad dominum.
loquens cum eo auferebat donec ege
reꝛt. ꝙ cū loquebat ad filios ysrael oia
que sibi fieri imperata. Qui uidebāt
faciem egredientis moysi ēē cornutam
sꝫ operiebat ille rursum faciem suam. si
gn̄ loquebat ad eos.

XXXV

Congregata omni turba
filiorum ysrael. dixit ad eos.
Hec sunt. que iussit dominꝰ
fieri. Sex diebꝰ facietis op⁹
Septimus dies erit uobis sanctꝰ. Sabbꝫ
et requies domini. Qui fecerit opus in
eo. occidetur. Non succendetis ignem i
omnibꝰ habitaculis uris. per diem sabbi.
Et ait moyses ad omnem cateruam fi
liorum ysrael. Iste ē sermo quem ꝓcepit
dominus. dicens. Separate apud uos
primitias domino. Omnis uoluntari⁹
et prompto animo. offerat eas domino.
Aurum et argentum et es. et aeneum et
purpuram. coccumqꝫ bisetum. et bys
sum pilos caprarum. pelles qꝫ arietum
rubricatas. et hyacinthinas. ligna setim
oleum ad luminaria accendenda. et aro
mata unguenti. et thymiama su
auissimum. lapides onichinos et gem
mas. ad ornatum superhumeralis et ra
tionalis. Quisquis uirum ē sapiens. ue
niat et faciat quod dominus iussit.
Tabernaculum scilicet et tectum eius.
atqꝫ operimentum. anulos et tabulas
cum uectibꝰ. paxillos et bases. Archam
et uectes. propitiatorium et uelum qđ
ante illud oppanditur. Mensam cum
uectibꝰ et uasis. et ꝓpositionis panibꝰ.
Candelabrum ad luminaria sustenta
da. et uasa eius et lucernas. et oleum ad
nutrimentum ignium. Altare thymia
matis. et uectes. et oleum unctionis. et
thymiama et aromathibꝰ. Tentoriū
ad hostium tabernaculi. Altare holo

caustii et craticulam eius eneam. cum
uectibꝰ et uasis suis. labrum et basim ei⁹.
Cortinas atrij cum columpnis et basibꝰ
et tentorium in foribꝰ uestibuli paxillos
tabernaculi et atrij funiculos suos.
Uestimenta quorum usus ē in ministrio
sancti. uestes aaron pontificis ac filiorꝫ
eius. ut sacerdotio fungantur mihi. Et
egressaqꝫ omnis multitudo filiorꝫ ysrael
de conspectu moysi. obtulerunt ꝓm
ptissima. atqꝫ deuota. primitias dño
ad faciendum opus tabernaculi testimo
nij. Quicquid ad cultum et ad uestes
sanctas necessarium erat. uiri cum mu
lieribꝰ prebuerunt armillas. et inaures
anulos et dextralia. Omne uas aureum
in donaria domini separatum ē. Si quis
habuit hyacinthum et purpuram coccumqꝫ
bisetum. bissum et pilos caprarum. et
pelles arietum rubricatas et hyacinthinas
argenta et reliqua metalla. obtulerunt dño.
ligna qꝫ setim ad quoscꝫ usus. Sed et mu
lieres docte texuerunt quę nenerant ha
cynthum purpuram et coccum et bissum
et pilos caprarum. sponte ꝓpria
uoluntate tribuentes. Principes uero obtule
runt lapides onichinos et gemmas ad su
perhumerale et rationale. aromataqꝫ et
oleum ad luminaria. unguenta. et ad pre
parandum unguentum ac thymiama
odoris suauissimi ꝓponendum. Omnis
uir et mulieres mente deuota obtulerꝰ
donaria. ut fierent opera que iussit dñs
per manum moysi. Cunctę filij ysrael
uoluntarie domino edificauerunt. Di
xitqꝫ moyses ad filios ysrael. Dñs uo
cauit dominus ex nomine beseleel filium
huri filij hur de tribu iuda. impleuiq
eum spiritu dei sapientia et intelligen
tia et scientia. omni doctrina ad excogita
dum et faciendum opus in auro et argen
to et ere sculpendisqꝫ lapidibꝰ et ere ca
rpentario. Quicquid fabre adinueniri
ꝓtest dicit in corde eius. Oholiab quoqꝫ
filium achisamech de tribu dan. Am
bos erudit sapientia. ut faciant opera
abiectarij polimitarij. ac plumarij. de
hyacintho et purpura coccoqꝫ bisetho.
et bysso. et texant omnia. ac nouas quoqꝫ
reperiant.

XXXVI

Fecit

Fecit ergo beselehel 7 coliab
7 omnis uir sapiens quib⁹
dedit dominus sapientiaz
7 intellectum. ut scirent fa
bre operari que in usus sanctuarij necessa
ria sunt: 7 que precepit dominus. Cui
qz uocatis ecc moyses. 7 omnem eruditi
um uirum cui dederat dominus sapie.
7 qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus: 7 dedit eis uniuersa dona
ria filiorum israel. Qui cum instaret
operi quotidie mane noua populus of
ferebat. Unde artifices uenire⁹ pulsi. di
xerunt moysi. Plus offert populus: qz
necessarium é. Iussit ergo moyses. pcla
mare uoce cantra. Nec uir nec mulier
quicqz ultra offerat in opere sanctuarij. 7
Sicqz cessatum é a munerib⁹ offerendis.
eo q⁹ oblata sufficerent 7 superabundarẽt
Fecerunt qz omnes corde sapientes ad
explendum opus tabernacli cortinas
de bisso retorta 7 iacyncto 7 purpura
coccoqz bistincto 7 opere uario 7 arte po
lumita. Quarum una habebat in longi
tudine xxviii cubitos. 7 in latitudine
quatuor. Una mensura. erat omnium
cortinarum. Quinq; iungit cortinas. v.
alias alteras. 7 alias v. sibi inuicem copula
uit. Fecit 7 ansas iacynctinas in ora cor
tine alterius similiter: ut extra se inuicem
uenirent anse. 7 mutuo iungerentur. 7
Unde 7 quinquaginta fudit circulos au
reos. qui morderent cortinarum ansas. 7
fierent unum tabernaculum. Fecit 7 sagas
undecim de pilis caprarum: ad operiendũ tecti
tabernaculi. Unum sagum habebat in lõ
gitudine cubitos xxx. 7 in latitudine cu
bitos quatuor. Omnis mensura erat
omnia saga. Quorum quinq; iunxit
seorsum. 7 sex alia separatim. Fecitqz an
sas l. in ora sagi unius. 7 l. in ora sagi alte
rius: ut sibi inuicem iungerentur. Et fi
bulas ereas l. quibus necterentur tecta:
ut unum pallium ex omnibus sagis fieret.
Fecit 7 operimentum tabernaculi de pellibus
arietum rubricatis: aliud quoqz de supe
umentum de pellibus iacynctinis. Fecit
7 tabulas tabernaculi de lignis sethym.
stantes. Decem cubitorum erat longitu
do tabule unius. 7 unum ac semis cubi
tum latitudo retinebat. Bine in capite

tame erant per singulas tabulas. ut aliꝫ
alteri iungerentur. Sic fecit in omnibus
tabulis tabernaculi. Equibus una ad
plagam meridianam erant xx basesꝫ
7 xl basibus argenteis. Due bases sub una
tabula ponebantur ex utraqz angulor
parte: ubi macha tame latentium in angu
lis terminabantur. Ad plagam quoqz
tabernaculi que respicit ad aquilonem
fecit xx tabulas cum xl basibus argenteis.
duas bases per singulas tabulas. Con
tra occidentem uero. 7 ad eam partem
tabernaculi que mare respicit. fecit sex
tabulas. 7 duas alias per singulos angu
los tabernaculi retro. Que iungebantur
a deorsum usqz sursum. 7 in una compage
pariter ferbantur. Ita fecit ex utraqz p
te per angulos. ut octo essent simul tabu
le. 7 essent bases argenteas xvi. binas
scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit
7 uectes de lignis sethym. v. ad continendas
tabulas unius lateris tabernaculi. 7 v.
alios ad alterius lateris tabulas coapta
ndas. 7 erat hos quinqz alios uectes
ad occidentalem plagam tabernaculi cõ
mare. Fecit quoqz uectem alium. qui p
medias tabulas ab angulo usqz ad an
gulum perueniret. Ipsa autem tabulata
deaurauit. fusis basibus eorum argenteis.
Et circulos eorum fecit aureos per quos
uectes mitti possent. quos 7 ipsos lami
nis operuit. Fecit 7 uelum de iacyncto
7 purpura uermiculo ac bisso retorta
opere plumario uarium atqz bistinctum.
7 quatuor columpnas de lignis sethym.
quas cum capitibus deaurauit. fusis ba
sibus earum argenteis. Fecit 7 tentorium
in introitu tabernaculi ex iacyncto 7 pur
pura uermiculo bissoqz retorta opere plu
mario. 7 columnas v. cum capitibus suis.
quas operuit auro. bases qz earũ fudit
eneas.

Capitulum xxxvii

Fecit autem beselehel 7 archi
de lignis sethym lectum
duos 7 semis cubitos in lõ
gitudine. 7 cubitum ac se
missem in latitudine. Altitudo quoqz u
nius cubiti fuit 7 dimidij. Vestiuitqz eũ
auro purissimo: intus ac foris. Et fecit
illi coronam auream per gyrum. 7 fudit
quatuor annulos aureos per quatuor an

gules eius. Duce anulos aureos i la-
teritio. Et tres in altero. Vectes de
fecerue ligno sethym quos uestiuit
auro. Et duc misit in anulos qui erant
in lateribus arche ad portandam eam.
Fecit propitiatorium. i. oraculum
de auro mundissimo duos cubitos et
dimidium in longitudine. Et cubitum ac
semissem in latitudine. Duos etiam de
auro ductili. quos posuit
ex utraque parte propitiatorij. cherub
unum in summitate unius partis. et che-
rub alterum in summitate partis alterius.
Duos cherubin in singulis summitati-
bus propitiatorij. extendentes alas et te-
gentes propitiatorium. seque mutuo
illud respicientes. Fecit mensam
de lignis sethym in longitudine duorum
cubitorum. et in latitudine cubiti
unius. quę habebat in altitudine cubi
tum ac semissem. Circumdedit eam
auro mundissimo. et fecit illi labium
aureum per gyrum. Ipsique labio coro-
nam auream interrasilem quatuor di-
gitorum. et super eandem aliam coro-
nam auream. Fudit et quatuor circu-
los aureos. quos posuit in quatuor an-
gulis per singulos pedes mensę contra
coronam. Mittitque in eos uectes. ut
posset mensa portari. Ipsos quoque uec
tes fecit de lignis sethym. et circumde
dit eos auro. Et uasa ad diuersos usus
mensę. acetabula. phialas et thu-
ribula et crater puro. in quibus
offerenda sunt libamina. Fecit et can
delabrum ductile. de auro mundissimo.
De cuius uecte calami scyphi sperule
ae lilia procedebant vi. in utroque late.
Tres calami ex parte una. et tres ex al
tera. Tres scyphi in nucis modum
per calamos singulos. sperulaque simul
ae lilia. Et tres scyphi instar nucis in
calamo altero. sperulaque simul et lilia.
Quum esset opus ex calamorum. q
procedant de stipite candelabri. In quo
autem uecte erant quatuor scyphi in
nucis modum. sperulaque per singulos
et lilia. Et sperule sub duobus calamis
per loca tria. qui simul exibant cala
mi procedentes de uecte uno. Et spe
rule igitur et calami erant ex

mundissimo. cum cratere ac patel
is et turibulis. Et unxit altare holocausti
et omnia uasa eius. labrumque cum ba-
si suo. Et consecrauit ea. Sanctificata sunt
que sanctorum sanctorum fierent. Et
altare holocausti cum omnibus uasis suis. Fecit
et labrum aeneum cum basi suo. Fecit
et altare in atrio tabernaculi de lignis sethym.
lōgum per quatuor cubitos. cubitum mal
titudine. cuius cornua de
angulis procedebant. et operuit illud
lamina aenea. Et omnia uasa eius pari
ter fecit. ollas scilicet. forcipes fu
sorios. mortaria. fuscinulas. ignium receptacula
Craticulamque eius in medium ignis
fecit reticulum. et subter eam in altaris me
dio. anulum. fusis quatuor. anulis per
tonem in tabernaculi. similiter. ad mitte
dos uectes ad portandum. Quos et ipse
fecit de lignis sethym. et operuit lamis
cuncis. induxitque in circulos qui in late
ribus. immebant. Spatium autem
altaris non erat solidum. sed cauum ac
cetabulatis. unius tabernaculi. Fecit
labrum aeneum cum basi sua. de specu
lis mulierum quę erant ad ostium ta
bernaculi. Et atrium mensis hinc
et plagę australis de byssino retor-
to. centum cubitorum. columnę eius xx. cum
basibus suis. Capita columnarum et
coronę operis celatura. argentea. Quę
ad septentrionalem plagam tentoria.
columnę basesque totidem. columnarum
eiusdem mensurę. operis aeremalli erat
In occidentali plaga quę occidentem respic.
fierent tentoria cubitorum l. columnę
x. cum basibus suis. et capita colum

XXXVIII

H

naum celatu argenteu. Aponesq; ornatione
tem. Cubitorum patuit tentoria eq̃bo
rv cubitos columnarum trium cum t
basibus suis unum tenebat latus. Tim
parte altera qua ingredimur in introitum ta
bernaculi fecit rv. eque cubitor erat
tentoria. columne ites. Tbases totidez.
Cuncta aut̃ tentoria bysso retorta te
xuerat. Bases columnarum fuere enẽ.
capita autem earum cum actis celatis
suis argentea. Es ꝟpis columnae ab
uestiuit argento. Et unumquodq; eius
opere plumario fecit tentorium. Tex
iacincto purpura coccoq; bis tinc
to. Bysso retorta. Quod habebat xx cubitos in lon
gitudine. Altitudo uero. v. cubitorum
erat. In extremitate quam ostia aut̃
habebant tentoria. Columne autem i
ingressu fuere quatuor cum basibus enea
is. Capitaq; earum. Celatura argentea
Paxillos quoq; tabernaculi. Atq; per
gulum. Fecit eneos. Hec sunt instrumen
ta tabernaculi testimonij que numera
ta sunt iuxta preceptum moysi. in mi
nisterijs leuitarum per manum ythi
mar filij aaron sacerdotis. Que bese
bel filius hur de tribu iuda. Complebat
per moysen iubente. Opulenta. Fecit
sibi socio cholab filio achisamech de
tribu dan. Qui ꝟpit artifex lignorum e
gregius fuit. Polymitarius atq; plu
marius. Ex iacincto purpura coccoq;
culo. Bysso. Omne aurum quod ex
pensum est in opere sancti. Et quod est
oblatum universum. xxiiii. talentorum fuit. Septingentos xxx
sicloru ad mensuram sanctuarij. O
blatum est autem ab his qui transierat
ad numerum a xx annis. Supra de sex
centis triginta milibus. Quingentis l. Am
torum. Fuerunt preterea c talenta ar
genti. Ex quibus fusae sunt bases sancti
Et introitus ubi velum pendet. Centum
bases facte sunt de talentis centum.
singulis talentis per bases singulas.
Supputatis. De mille autem septingen
tis lxxv. fecit capita columnarum. Et
quas ꝟpit uestiuit argento. Eris q̃
oblata sunt talenta lxx. mille. Et qua
dringenti supra sicli. Ex quibus fusae sunt
bases introitus tabernaculi testimo
nij. Altaris. Et craticule. Et omnia quae ad usum eius pe
tinent. Bases. Atrij. Et quae in circuitu q̃
introitus ejus. Et paxilli. Tabernaculi
atq; atrij per gyrum. XXXIX

Fecit etiam de hyacincto. Et purpura
coccoq; bis tincto. Et bysso. Vestes
festes quibus induerentur aa
ron quando ministrabat
in sanctis. Sicut precepit dominus a
moysi. Fecit igitur superhumerale de
auro. Hyacincto purpura coccoq; bis tinc
to. Et bysso retorta. Opere plumario. In
cidit quoq; bracteas aureas. Et extenuauit
in fila ut possent torqueri cum priori
coloribus. Et subtegmine. Duasq; bonas
sibi invicem copulatas in utroq; late
summitatum. Et balteum ex bysso eiusdem colo
ris. Sicut precepit dominus moysi.
Paravit. Et duos lapides onychinos a
strictos. Et inclusos auro. Et sculptos arte
gemmaria nominibus filiorum israel. Ser
nomina in lapide uno. Et sex alterius. I
uxta ordinem nativitatis eorum. Pa
sicuti quoq; eos in lateribus superhumeralis i
monumentum filiorum israel. Sicut p
ceperat dominus moysi. Fecit. Et rationa
le opere polymito iuxta opus superhu
meralis. Ex auro. Iacincto. Et purpura coc
coq; bis tincto. Et bysso retorta. Quadran
gulum duplex. Mensura palmi. Et posu
it in eo gemmarum ordines quatuor. In
primo ordine erat sardius. Topazius. Et
smaragdus. In secundo carbunculus. I
saphyrus. Et jaspis. In tertio ligurius. A
chates. Et amethistus. In quarto crisolitus.
onichinus. Et beryllus. Circumdati. Et inclu
si auro per ordines suos. Lapidesq;
ex. Sculpti erant nominibus ex tribuu
israel. Singuli per nomina singulorum
Fecerunt in rationali. Et catenulas sibi
invicem colligentes de auro purissimo.
Et duos uncinos. Totidemq; annulos auree
os. Posuit annulos posuerunt in utroq;
latere rationalis. Et quibus pendebant
due catene auree. Quas inseruerunt
uncinis qui in superalis angulis emi
nebant. Hec tamen. Et nequaquam deiciebat
sibi. Ut superhumerale. Et rationale mu
tuo necterentur. Strictis ad baltheum. Et
annulis suis copulata. Quos unge

bant uncti lacinctura nlare fluerent. et
ase munecem moueretur. sicut precepit
dominus morsi. Fecerunt quoq; tuni-
cam superhumerale totam hacinctura
rapitium in superiori parte circa medi-
um oramq; perigium capiti rectalem
Deorsum autem ad pedes mala punica
ex hacincto purpura uermiculo. hebyf
soretorta. tintinabula de auro mundis-
simo. que posuerunt inter mala grana
ta in extrema parte tunice perigium ti
nnabulum aureum. malum punici
quibus ornatis incendebat ponifex.
quando ministerio fungebatur. sicut
precepit dominus morsi. Fecerunt
tunicas byssinas opere textili aaron
filijs eius. mitras cum coronulis
suis ex bysso. femunalia quoq; linea ex
byssina. cingulum ex eodem bysso retor
to hacincto purpura. hacuermiculo. distic
tum arte plumaria sicut precepérat do
minus morsi. Fecerunt. laminam sa
cre uenerationis. de auro purissimo. et
scripserunt q; in eo opere gemmario scul
ptum. Et strinxerunt eam cum mi
tra hacinctina. sicut precepit dominus
morsi. perfectum é igitur omne opus
tabernaculi. et tecti testimonij. Fecerut
q; filij israel xta que preceperat dñs
morsi. obtulerunt tabernaculum tecto
rum. tunicam suppellectilem. annulos
tabulas uectes. columnas ac bases o
peritorium de pellibus arietum rubricatis.
et aliud operimentum. de lacernis pel
libus uelum archam. uectes propitiato
rium. mensam cum uasis et propositionis
panibus. candelabrum. lucernas. et ordi
nem filiorum eorum cum oleo. altare aureum.
et unguentum. thimiama. et aromatibus
et tentorium in introitu tabernaculi. al
tare eneum. et hacinctum. uectes. et uasa
eius omnia. labrum cum basi sua. ten
toria atrij. et columnas cum basibus suis.
tentorium in introitu atrij. funiculosq;
illius et paxillos. Vestes quoq; minis
terii tabernaculi. tum tecti
tum feretris uasa sunt facta. Vestes quoq;
quibus sacerdotes induuntur in sanctua
rio. s. et filij eius obtulerunt filij israel
sicut precepérat dominus. Que postq;
moyses xta uidit explesse. benedixit eis.

Locutusq; est dominus ad moysen. dicens.
Mense primo prima die
mensis eriges tabernaculi
testimonij. et pones in eo archam. dimit
tesq; ante illam uelum. et inferes mensa
pones super eam. que ut precepit tibi
Candelabrum stabit cum lucernis su
is. et altare aureum in quo adolebis incen
sum. coram archa testimonij. Tentori
um in introitu tabernaculi pones. et ante
illud altare holocausti. Lauabis inter
altare et tabernaculum. quod implebis
aqua. Circumdabisq; atrium tento
et ingressum eius. Et assumpto unctio
nis oleo unges tabernaculum cum om
nia sanctificabis. altare holocausti.
et omnia uasa eius. labrum cum basi sua.
Omnia unctionis oleo sanctificabis. ut
sint sancta sanctorum. Applicabisq; aaron
et filios eius ad fores tabernaculi testimo
nij. et lotos aqua indues sacris uestibus.
ut ministrent michi. et unctio eorum i
sacerdotium proficiat sempiternum. et
Fecitq; moyses. omnia que precepérat
dominus. Igitur mense primo anni se
cundo die prima mensis collocatum é tab
naculum. Erexitq; illud moyses. et po
suit tabulas ac bases. et uectes. statuitq;
columnas. et expandit tectum super tab
naculum imposito desuper operimento
sicut dominus preceperat. posuit testi
monium in archa subdens infra uectib.
et operimentum desuper. Cumq; intulisset
archam in tabernaculum. appendit ante
eam uelum. ut expleret dominus iussio
posuit et mensam tabernaculo testimo
ad plagam septentrionalem extra uelū
ordinatis coram propositionis panibus.
sicut preceperat dominus moysi. posu
it et candelabrum in tabernaculo testimo
nij. e regione mense in parte australi
locatis per ordinem lucernis. ut erat pre
ceptum domini. posuit et altare aureum
sub tecto testimonij ante uelum. et ado
leuit super eo incensum aromatum. sic
ut preceperat dominus moysi. posuit et ten
torium in introitu tabernaculi et altare
holocausti in uestibulo testimonij offe
rens in eo holocaustum et sacrificia. ut
dominus imperauerat. Labrum q; fe

auc inter tabernaculum testimonij ↄ al
tare: implens illud aqua. Lauabuntq;
moyses ↄ aaron ac filij eius manus suas
ac pedes cum ingrederentur tectum fe
deris. ↄ accederent ad altare: sicut precep
erat dominus. Erexit ↄ atrium per gi
rum tabernaculi ↄ altaris. ducto in ito
rium eius cortino. Postq; expleta perfectu
sunt opera: nubes tabernaculum testi
monij. ↄ gloria domini implenit illud.
Nec poterat moyses ingredi tectum fe
deris nube operiente omnia. ↄ maiestate
domini coruscante. quia extra nubes o
perabat. Si quando nubes tabernacl̃
deserebat: proficiscebantur filij israel p
turmas suas. Si pendebat desuper: ma
nebant in eodem loco. Nubes quippe do
minabatur per diem tabernaculo. ↄ ignis
in nocte: videbatur populis israel. per cunctas
mansiones suas.

EXPLICIT LIBER EXOD

INCIPIT LIBER LEVITICI

Vocauit autem moysen. ↄ locutus est ei dominus de ta
bernaculo testimonij dicens.
Loquere filijs israel. ↄ dices ad eos. Homo qui ob
tulerit ex vobis hostiam domino de pecoribus. i. de bobus ↄ ouibus offerens victima. Si holocaustum fuerit eius oblatio ac
de armento. masculum immaculatum a
offeret ad hostium tabernaculi testimo
nij ad placandum sibi dominū. Ponet
q; manus super caput hostie ↄ accepta bilis. atq; in expiationem eius proficiet.
Immolabitq; vitulum coram domino. ↄ
offerent filij aaron sacerdotes sanguinem
eius. fundentes per altaris circuitum. q̃
quod est ante ostium tabernaculi. Detractaq; pelle hostie artus in frusta dident.
ↄ subicient in altari ignem. struent ligno
rum ante posita. ↄ membra que cesa sunt
desuper ordinantes. caput videlicet et
arta que adherent recon. intestinis ↄ pe
dibus lotis aqua. adolebitq; ea sacerdos
super altare in holocaustum ↄ suauem o
dorem domino. Quod si de pecoribus
oblatio è. de ouibus siue de capris holocau
stum animalium ↄ absq; macula offeret.
Immolabitq; ad latus altaris quod re
spicit ad aquilonem coram domino. ↄ
Sanguinem vero illius fundent filij
aaron per circuitum. Diuidet
q; membra. caput ↄ omnia que adhēnt
recon. ↄ imponent super ligna quibus su
biciendus è ignis. Intestina vero ↄ pe
des lauabunt aqua. ↄ oblata omnia a
dolebit sacerdos super altare. in holocau
stum ↄ odorem suauissimum domino. ↄ
Si autem de armento holocaustū oblatio
fuerit domino. de taurorum ↄ pullis co
lumbe. offeret eam sacerdos ad altare. ↄ
retorto ad collum capite. ac rupto vul
neris loco decurrere faciet sanguinem ↄ
super circuitum altaris. Vesiculā vo
gluviem ↄ plumas. proiciet prope altarē
ad orientalem plagam. in loco in quo ci
neres effundi solent. Confringetq;
ascellas eius. ↄ non secabit nec ferro ↄ
diuidet eam. ↄ adolebit super altare ligna
igne suppositio. holocaustum è ↄ oblatio
suauissimi odoris domino.

Anima cum obtulerit obla
tionem sacrificij domino si
mila erit eius oblatio. fun
detq; super ea oleum ↄ pon
tionis. ac deferet ad filios aaron sacerdo

LEVITICVS

tis. Quorum unus tollet pugillum
plenum simile & oleri ac totum thus
& ponet memoriale super altare in odo
rem suavissimum domino. Quod ar
riliquum fuerit de sacrificio. erunt aa
ron & filiorum eius scilicet sanctorum de
oblationibus domini. Cum autem ob
tuleris sacrificium coctum in clibano de
simila. panes scilicet absq; fermento i
sperses oleo. & lagana azuma oleo lita.
Si oblatio tua fuerit de sartagine simi
le osperse oleo & absq; fermento. dum de
cam minutatim & fundes super ea oleum.
Sin autem de craticula fuerit sacrificii
simila oleo aspergetur. quam offeres
domino. tradesq; manibus sacerdotis. Qui
cum obtulerit eam. tollet memoriale
de sacrificio. & adolebit super altare in
odorem suavitatis domino. Quicquid
autem reliquum fuerit. erit aaron & filio
eius. sanctum sanctorum de oblationibus
domini. Omnis oblatio que offertur
domino. absq; fermento fiet. nec quic
quam fermenti aut mellis adolebitur in sacri
ficio domino. primitias tantum eorum
offeretis & munera. super altare autem non
ponentur in odorem suavitatis. Omne
quod obtuleris sacrificij. sale condies. nec
auferes sal foederis dei tui de sacrificio
tuo. In omni oblatione tua offeres sal.
Sin autem obtuleris minus primi
tiarum frugum tuarum domino. de
spicis adhuc virentibus torrebis eas igni
& confringes in morem farris. & sic offeres
primitias tuas domino. fundens su
per eas oleum & thus imponens. quia obla
tio domini est. De qua adolebit sacerdos
in memoriam muneris. partem fami
scilicet. & oleri ac totum thus.

Quod si hostia pacificorum
fuerit eius oblatio. & de bo
bus voluerit offerre. mas
sive feminam immaculatam
offeret coram domino. ponetq; manum
super caput victime sue. que immolabit
in introitu tabernaculi. fundentq; filij
aaron sacerdotes sanguinem per circui
tum altaris. & offerent de hostia pacifico
rum in oblationem domino. adipem
qui operit vitalia. & quicquid pingue
dinis intrinsecus est. duos renes cum
adipe quo tegumtur ilia. & reticulum
iecoris cum renunculis auferent. qs
ea super altare in holocaustum. ligni ig
ni subposito. in oblationem suavissi
mi odoris domino. Sin vero de ovibus
fuerit eius oblatio. & pacificorum hosti
sive masculum sive feminam obtuleri
immaculata erunt. Si agnum obtulerit
coram domino. ponet manum super ca
put victime sue. que immolabitur in ves
tibulo tabernaculi testimonij. fundentq;
filij aaron sanguinem eius per altaris
circuitum & offerent de pacificorum ho
stia sacrificium domino. adipem & cau
dam totam cum renibus & pinguedine
que operit ventrem. atq; universa vita
lia. & utrumq; renunculum cum adipe
qui est juxta illa. reticulumq; iecoris a
cum renunculis & adolebit ea sacerdos
super altare in pabulum ignis & oblatio
nis domini. Si capra fuerit oblata ei.
& obtulerit eam domino. ponet manum
suam super caput eius. immolabitq; ei
in introitu tabernaculi testimonij. & fun
dent filij aaron sanguinem eius per al
taris circuitum. Tollentq; ex ea in pa
cifico ignis dominici adipem qui oper
nentem & qui tegit universa vitalia
duos renunculos cum reticulo. quod
est super eos juxta illa. & arinam iecoris
cum renunculis. adolebitq; ea sacer
dos super altare in alimoniam ignis &
suavissimi odoris. Omnis adeps do
minus erit in perpetuum in generationibus
& cunctis habitaculis tuis. nec adipem nec
sanguinem omnino comedetis.

Locutusq; est dominus ad
ad moysen. dicens. Loquere
re filijs israel. Anima que
peccaverit per ignorantiam
& de mandatis dominj que præ
cepit ut non fieri quippiam fecerit
Si sacerdos qui est unctus peccaverit &
delinquere faciens populum. offeret
pro peccato suo vitulum immaculatum
domino & adducet illum ad ostium
tabernaculi testimonij coram domino.
ponetq; manum super caput eius. & et
immolabit eum domino. hauriet a
quoq; de sanguine vituli. inferens il
lum in tabernaculum testimonij. Cu

LEVITICI

qs intinxerit digitum in sanguine. aspergetreum septies coram dño ꝯra uelum sanctuarij. Ponetqs de eo dem sanguine super cornua altaris thy miamatis gratissimi dño. quod ē in tabernaculo testimonij. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. ⁊ adipem mundi offeret pro pecco. tam eum qui operit uitalia. qs̄ omnia que intrinsecus sunt. duos re nunculos ⁊ reticulum qđ ē super eos iuxta ilia. ⁊ adipem ꝛecoris cum re nibꝰ suis. sicut offertur de uitulo hostie pacificoꝝ. ⁊ adolebit ea sup altare holocausti. Pellem uero ⁊ omnes carnes cum capite ⁊ pedibꝰ ⁊ intestinis ⁊ fimo ⁊ reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum ubi cineres effundi solent. ⁊ incendet ea super ligna sicut solet. qui in loco effusionis cineꝝ cre mabuntur. Quod si omnis turba israel ignorauerit. ⁊ per imperitiam fecerit quod ꝺ̄ mandatum dñi ē. ⁊ postea intelle rexerit peccatum suum. offeret uitulus pro peccato. Adducetqs eum ad ostium tabernaculi. ⁊ ponent seniores populi manus super caput eius coram dño. ⁊ immolatoqs uitulo in conspectu dñi inferet sacerdos qui unctus ē de sanguine eius. in tabernaculum testimonij. tincto digito aspergens septies ꝺ̄ uelum. ponetqs de eodem sanguine in cornibꝰ altaris quod ē coram dño in taber naculo testimonij. reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum quod ē in ostio tabernaculi testimonij. Omnemqs eius adipem tollet. ⁊ adolebit super altare. sicut facies ⁊ de hoc uitulo quomodo fecit ⁊ prius Et rogante pro eis sacerdote. propitiabitur dominus. Ipsum autem uitulum efferet extra castra atqs ꝺbuet sicut ⁊ priorem uitulum. quia pro peccato ē multitudinis. Si peccauerit princeps ⁊ fecerit unum ex pluribus prohibitis quod domini lege prohibetur. ⁊ postea intellexerit peccatum suum. offeret hostiam domino hyrcum de capris immaculatum. ponetqs manum suam super caput eius. Cumqs im molauerit eum in loco ubi solet mactari holocaustum coram dño. quia pro peccato ē. tinget sacerdos digitꝰ in sanguine hostie pro peccato. tanget cornua altaris holocausti. ⁊ reliquus fundet ad basim eius. adipem uero adolebit super altare sicut uictimas pacificoꝝ fieri solet. Rogabitqs pro eo ⁊ peccato eius. ac dimittetur ei. Qui si peccauerit anima per ignorantiam de pplē tente. ut faciat quicqs ex his que dñi lege prohibentur. atqs delinquat. ⁊ co gnouerit peccatum suum. offeret aut capram immaculatam. ponetqs manus super caput hostie que pro peccato est. ⁊ immolabit eam in loco holocausti. Tol letqs sacerdos de sanguine in digito sũ. ⁊ tangens cornua altaris holocausti. ⁊ reliquum fundet ad basim eius. Omnem autem adipem sicut auferri solet de uictimis pacificoꝝ. adolebit super altare in odorem suauitatis dño. Rogabitqs pro eo. ⁊ dimittetur ei. Si autem de pecoribꝰ obtulerit uictimam pro peccato. ouem. s. immaculatam. ⁊ ponet manum super caput eius. ⁊ im molabit eam in loco ubi solent holocausta cedi ostie. Sumetqs sacerdos de sanguine eius digito suo. ⁊ tangens cornua altaris holocausti. reliquum fun det ad basim eius. Omnem quoqs ad ipem sicut auferri solet accipiens qui immolatur pro pacificis. ⁊ cremabit super altare incensum dñi. Rogabitqs pro eo ⁊ pro peccato eius. ⁊ dimittetur illi.

Si peccauerit anima ⁊ audierit uocem iurantis. testisqs fuerit quod aut ipse uiderit. ⁊ aut sciens ē. nisi indicaue rit. portabit iniquitatem suam. Anima que tetigerit aliquid immundum. siue q̄ occisum a bestia ē. aut per se mortuum. uel quodlibet aliud reptile. ⁊ oblita fuerit immunditie sue. rea ē ⁊ deliquit. Et si tetigerit quicqs de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua polui solet. oblitaqs cognouerit postea. subiacebit delicto. Anima que iurauerit. ⁊ pronunciauerit labijs suis aut uel male quid facere uel bene ⁊ non





fecerit tio ipm iuramento ſm one firmauit oblita que postea intellexerit de lictum suum. agat penitentiam pro peccato 7 offerat agnam de gregibo sine ca pram. orabitq; pro ea sacerdos 7 pro peccato eius. Si autem non poterit offerre pecus. offeret duos turtures. uel duos pullos columbarum domino. un pro peccato 7 alterum pro holocaustum. dabitq; eos sacerdoti. Qui primum offerens pro peccato retorquebit caput eius ad pennulas. ita ut collo hereat. et non penitus abrumpatur. 7 asperget de sanguine eius parietem altaris. Quic quid autem reliquum fuerit. faciet di stillare ad fundamentum eius: quia p peccato e. Alterum uero adolebit in holocaustum. ut fieri solet. Rogabitq; a pro eo sacerdos 7 pro peccato eius. 7 di mittetur ei. Q si non quiuerit manu eius. offeret duos turtures aut duos. pullos columbe. offeret pro pecco sile partem ephy decimam. Non mittet eam oleum 7 thus aliquid imponet quia pro peccato est. tradetq; eam sa cerdoti. Qui plenum ex eo pugillum 4 hauriens cremabit super altare in mo numentum eius qui obtulit. ingens pro illo 7 expians. Reliqua uero pars ipse habebit in munere. Locutusq; e dominus ad moysen. dicens. Anima si peccauerit ceremonias. per errore in his que domino sunt sanctificata pe cauerit. offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibo. qui cum potes duobo sicli mixta ponderis. iuxta mensuram sanctuarii. ipmq; quod intulit damnu restituet. 7 quinta partem ponens super. tradet sacerdoti Qui rogabit pro eo. offerens arietem. 7 dimittetur ei. Anima que peccauit per ignorantiam. feceritq; unum ex his que dominus fieri prohibent. 7 peccauerit intellexerit iniquitatem suam. offeret arietem immaculatum de gregibo sacerdoti. iuxta mensuram estimationemq; peccati. Qui orabit pro eo quia nesciens fecerit. 7 dimittetur ei. quia per errorem deliquit in deum. Locutusq; e dominus ad moysen. dicens. Anima que peccauerit 7 contempto domino negauerit

depositum proximo suo quod fidei ei credidit aut fecerat. uel in aliquo ertor fuerit. aut calumniam fecerit. sine ullum perditi inuenerit. 7 mentiat. insuper peierauerit 7 quodlibet aliud ex plurib fecerit in quib peccare solent homines. 7 uicta delicti reddet omnia que per fraudem uoluit optinere integra. 7 quintam insuper partem domino. cui damnum intulerat. pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege. 7 dabit eum sacerdoti. iuxta estimationem. mensuramq; delicti. Q rogabit pro eo coram domino. 7 dimittetur illi pro singulis que faciendo ecauit.

Locutusq; e dominus ad moysen. dicens. Precipe aaron 7 filiis eius. Hec e lex holocausti. Ipse mabitur in altari tota nocte. usq; mane ignis eret eodem altari erit. Vestietur sacerdos tunica 7 feminalibo lineis. tolletq; cineres quos uorans ignis exussit. et ponens iuxta altare. spoliabitur pontifex uestimentis. indutusq; alijs efferet eos extra castra. 7 in loco mundissimo 7 usq; ad fauillam consumi faciet. Ignis autem in altari semper ardebit quem nutriet sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies. 7 composito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum. Ignis e iste perpetuus. qui nunq; deficiet in altari. Hec e lex sacrificij 7 libamen torum. que offerent filij aaron coram domino 7 coram altari. Tollet sacerdos pugillum simile que aspersa est oleo 7 totum thus quod super similam positum e. adolebitq; illud in altari in monumentum odoris suauissimi domino. Reliquam autem partem simile comedent aaron cum filijs suis absq; fermento. 7 comedent in loco sanctuarii. atrio tabernaculi. Loco autem non fermentabitur. quia pars eius in dominio offertur incensis Sanctum sanctorum erit. sicut pro peccato atq; delicto. Mares tantum de stirpis aaron. comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus uris. de sacrificijs domini. Omnis q tetigerit illa. sanctificabitur. Locutusq; e dominus ad moysen. dicens. Hec e oblatio aaron 7 filiorum eius.

quam offerre debent domino. in diem
emonis sue. Decimam partem ephi of
ferent similem in sacrificio sempiterno.
medium eius mane. et medium uespe.
que in sartagine oleo aspersa frigetur.
Offeret autem eam calidam in odore
suauissimum domino sacerdos. qui
iure pani succedent. et tota cremabit
in altari. Omne enim sacrificium sa
cerdotum igne consumetur. nec quisq;
comedet ex eo. Locutusq; est dominus
ad moysen dicens. Loquere aaron et
filiis eius. Ista est lex hostie pro peccato.
in loco ubi offertur holocaustum. immo
labitur coram domino. Sanctum sanc
torum est. Sacerdos qui offert comedet ea
eam in loco sancto. in atrio tabernacu.
Quicquid tetigerit carnes eius. sanc
tificabitur. Si de sanguine illius uestis
fuerit aspersa. lauabitur in loco sancto.
Vas autem fictile in quo cocta est. confrin
getur. Quod si uas eneum fuerit. defrica
bitur et lauabitur aqua. Omnis mascu
lus de genere sacerdotali uescetur car
nibus eius. quia sanctum sanctorum est. Hostia et
que ceditur pro peccato cuius sanguis
inferetur in tabernaculum testimonii. et
ad expiandum in sanctuario. non come
detur. sed comburetur igni. Hec quoq; est lex
hostie pro delicto. Sancta sanctorum est. Lo
cus ubi immolabitur holocaustum. ma
tabitur et uictima pro delicto. Sanguis
eius per gyrum fundetur altaris. Offe
rent ex ea caudam et adipem qui operit
uentriculos et pinguedi
nem que uentriculis est. reticulum quoq; iecoris
cum renunculis. et adolebit ea sacer
dos super altare. Incensum est dominum. pro
delicto. Omnis masculus de sacerdota
li genere in loco sancto uescetur his car
nibus. quia sanctum sanctorum est. Sicut pro
peccato offertur hostia. ita et pro delicto.
Unius hostie. lex una erit. Ad sacer
dotem qui eam obtulerit. pertinebit. Sa
cerdos qui offert holocaustum uictime.
habebit pellem eius. Et omne sacrificium
simile quod coquitur in clibano. et quic
quid in craticula uel in sartagine prepa
ratum. eius erit sacerdotis a quo offertur.
siue oleo aspersa. siue arida fuerit. Cun
ctus filius aaron. equa mensura par sin

gulos habebunt. MIH

Est autem hostie pacificorum.
que offertur domino. Si pro
gratiarum actione fuerit. et
oblatio. offerent panes absq;
fermento. conspersos oleo. et lagunas
azima uncta oleo. coctamq; similam.
colluuias. oleo admixtione aspersas. Pa
nes quoq; fermentatos. cum hostia gra
tiarum que immolatur pro pacificis. Ex
quibus unus pro primitiis offeretur domi
no. et erit sacerdotis qui fuderit hostie sangui
nem. Cuius carnes eadem comedentur
die. nec remanebit ex eis quicquam usq;
mane. Si uotum uel sponte quisq; obtu
lerit hostiam. eadem similiter edetur die.
Si quid autem residuum remanserit. ue
sci licitum est. Quicquid autem tertius
inuenerit dies. igni assumet. Si quis
de carnibus uictime pacificorum die ter
tio comederit. irrita fiet eius oblatio. et
nec proderit offerenti. Quin potius abo
minatio erit. Anima quippe quelibet
prauaricationis rea erit. Caro que ali
quid tetigerit immundum. non comede
tur. sed comburetur igni. Qui fuerit mundus
uescetur ea. Anima polluta que come
derit de carnibus hostie pacificorum que
oblata est domino. peribit de populis suis.
Et que tetigerit immunditiam hominis
uel iumenti siue omnis rei que pollui
potest. et comederit de huiusce modi car
nibus. interibit de populis suis. Locutus
est dominus ad moysen dicens. et
Loquere filiis israel. Adipem bouis et
ouis et capre. non comedetis. Adipem
cadaueris morticini et eius animalis. et
quod a bestia captum est. habebitis in u
sus uarios. Siquis adipem qui offerri
debet in incensum domini comederit.
peribit de populo suo. Sanguinem quo
omnis animalis non sumetis in cibo.
tam de auibus quam de pecoribus. Omnis a
nima que ederit sanguinem. peribit et
de populis suis. Locutusq; est dominus
ad moysen dicens. Loquere filiis israel.
dicens. Qui offert uictimam pacifi
corum domino. offerat simul et sacrifi
cium. et libamenta eius. Tenebit ma
nibus adipem hostie. et pectusculum. Cui
quos ambo oblata domino ostendet.





rum et sacerdotii. Qui adolebit adipē
super altare. Pectusculum autem eius
aaron et filiorum eius. Armus quoq;
dexter de pacificorum hostijs. cetera
primitias sacerdotis. Qui obtulerit
sanguinem et adipem filiorum aaron:
ipse habebit armum dextrum in portio
ne sua. Pectusculum enim eleuationis
et armum separationis tuli a filijs israel
de hostijs eorum pacificis. et dedi aaron
sacerdoti et filijs eius. lege perpetua ab
omni populo israel. Hec est unctio aaron
et filiorum eius. in cerimonijs domini
die quo obtulit eos moyses ut sacerdo
tio fungerentur. et que precepit dns ei
dominus a filijs israel. religione per
petua in generationibus suis. Ista est lex
holocausti et sacrificij pro peccato atq;
delicto. et pro consecratione et pacificorum
victimis. quam constituit dominus moy
si. in monte synai. quando mandauit fi
lijs israel ut offerent oblationes suas
domino in deserto synai. VIII

Locutusq; est dominus
ad moysen dicens. Tolle
aaron cum filijs suis. ue
stes eorum et unctionis olei
uitulum pro peccato. duos arietes. ca
strum cum azymis. et agregabis omnē
cetum israel ad ostium tabernaculi fe
cit moyses ut dominus imperauerat. et
congregataq; omni turba. ante fores tab
naculi ait. Iste est sermo quem iussit dns
fieri. Statimq; obtulit aaron. et filios
eius. Cumq; lauisset eos. uestiuit pō
tificem subucula linea. et accingens a
eum balteo. et induens tunica hacinc
tyna. et desuper humerale imposuit. et
Quod astringens cingulo. aptauit et
rationali. in quo erat doctrina et ueri
tas. Cidari quoq; texit caput. et super eum
otra frontem posuit laminam auream
consecratam in sanctificatione. sicut pre
ceperat ei dominus. Tulit et unctionis
oleum. quo linuit tabernaculum cū
omni supellectili sua. Cumq; sanctifica
asperasset altare septies. unxit
illud et omnia uasa eius. labrumq; cum
basi sua. sanctificauit oleo. Quod fundens
super caput aaron unxit eum et consecra
uit. Filios quoq; eius oblatos uestiuit

tunicis lineis et cinxit balteis. impo
suitq; mitras. ut iussit dominus. et
Obtulit et uitulum pro peccato. Cuiq;
super caput eius imposuissent aaron
et filij eius manus suas. immolauit eum
hauriens sanguinem. et tincto digito
tetigit cornua altaris per gyrum. Quo
expiato et sanctificato. fudit reliquum san
guinem ad fundamenta eius. Adipē
autem qui erat super uitalia et reticulū
iecoris. duosq; renunculos cum arcu
nulis suis adolebit super altare. uitu
lum cum pelle et carnibus et fimo cremuit
extra castra sicut preceperat dominus
Obtulit et arietem in holocaustum. Su
per cuius caput cum imposuissent aaron
et filij eius manus suas immolauit eum
et fudit sanguinem eius per altaris cir
cuitum. Ipsum quoq; arietem in frusta se
centes caput eius et armos et adipē ado
leuit ignis. lotis prius intestinis et pe
dibus. Totumq; simul arietem incen
dit super altare. eo q; esset holocaustum
suauissimi odoris domino. sicut pre
ceperat ei. Obtulit et arietem secundū
in consecrationem sacerdotum. posueruit
que super caput illius. aaron et filij eius
manus suas. Quem cum immolasset
moyses. sumens de sanguine tetigit
extremum auriculæ dextre aaron et pol
licem manus eius dextre. similiter et pe
dis. Obtulit et filios aaron. Cumq; de
sanguine arietis immolati tetigisset ex
tremum auriculæ singulorum dextre et pol
licem manus et pedis dextri. reliquum
fudit super altare per circuitum. Adipē
uero et caudam omnemq; pinguedi
nem que operit intestina. reticulumq;
iecoris et duos renes. cum adipibus sin
et armo dextro separauit. Tollens aut
de canistro azymorum quod erat coram
domino. panem absq; fermento et col
lyridam conspersam oleo. et unum quoq; po
suit super adipes et armum dextrum ta
dens simul omnia aaron et filijs eius. et
Qui postq; leuauerunt ea coram dño.
rursum suscepta de manibus eorum ado
leuit super altare holocausti. eo q; consecra
tionis esset oblatio in odorem suauitatis
domino sacrificij. Tulit et pectusculum
eleuans illud coram domino de arietc

ɔsecrationis in partem suam. sicut
precepit dominus. Assumes
unguentum & sanguinem qui erit
super altare: aspergesque super aaron et
uestimenta eius. & super filios illius &
ac uestes eorum. Cumq; sanctificatus
fuerit cum in uestitu suo: precipies ei
cens. Coquite carnes ante fores tab
naculi. & ibi comedite eas. Panes q
ɔsecrationis edite. qui positi sunt in
canistro. sicut precepit michi dominus
dicens. Aaron & filii eius. comedent
eos. Quicquid autem reliquum fuerit
de carne & pane. igne assumes. De
ostio quoq; tabernaculi non egredie
tis septem diebus usq; ad diem quo
plebium: tempus ɔsecrationis uide
Septem enim diebus finitur ɔsecratio
sicut in presentiarum scriptum é: ut
annus sacrificij ɔpleatur. Die ac nocte
manebitis in tabernaculo: obseruates
custodias domini: ne moriamini. sic
michi preceptum é. Fecerunt ergo aaron
& filii eius. cuncta que locutus est dñs
per manum mosi.

IX

Factum autem octauo die uo
cauit moyses aaron & filios
eius ac maiores natu israel.
Dixitq; ad aaron. Tolle
de armento uitulum pro peccato. & arie
tem in holocaustum. utrumq; immacu
latum. & offer illos coram domino. Et
ad filios israel loqueris. Tollite hyr
cum pro peccato. & uitulum atq; agnum
anniculum & sine macula in holocau
stum. bouem & arietem pro pacificis.
& immolate eos coram domino in sacri
ficio singulorum similam oleo ɔspersam offerentes. Hodie enim dominus
apparebit uobis. Tulerunt ergo cuncta
que iussarat moyses. ad ostium taberna
culi. Ubi cum omnis staret multitu
do. ait moyses. Iste é sermo quem pre
cepit dominus. Facite & apparebit
uobis gloria eius. Dixitq; ad aaron.
Accede ad altare. & immola pro peccato
tuo. Offer holocaustum. & deprecare
pro te. & pro populo. Cum mactaueris
hostiam populi: ora pro eis sicut pre
cepit dominus. Statimq; aaron ac
cedens ad altare. immolauit uitulum
pro peccato suo. cuius sanguinem obtu
lerunt ei filii sui. In quo tingens digi
tum. tetigit cornua altaris. & fudit residuus
ad basim eius. Adipemq; renunculos
ac reticulum iecoris. que sumit pro pec
cato accenderunt super altare. sicut precep
erat dominus moysi. Carnes uero &
pellem eius. extra castra obusserunt. &
immolauit & holocaustum uictimam. Ob
tulerunt q; ei filii sui sanguinem eius. &
quem fudit per altaris circuitum. Ipse
etiam hostiam in frusta cesam. cum ca
pite & membris singulis obtulerunt. q
omnia super altare cremauit ignis. lotis
prius aqua intestinis & pedibus. Et pro
peccato populi offerens mactauit hyr
cum. Expiatoq; altari fecit holocaustum
addens in sacrificium libamenta. que
partite offerunt. & accensa super al
tare. absq; ceremonia holocaustum mani
festum. Immolauit & bouem atq; arietem.
hostias pacificas populi. Obtulerunt q;
ei filii sui sanguinem. quem super altare
in circuitu. Adipes autem bouis & cau
dam arietis renunculosq; cum adipi
bus. & reticulum iecoris. posuerunt su
per pectora. Cumq; cremati essent adi
pes in altari. pectora eorum & armos dex
tros separauit aaron. eleuans coram
domino. sicut precepserat moyses. Et
extendens manum ad populum. bene
dixit ei. Sicq; ɔpletis hostiis pro pecco
& holocaustis & pacificis. descendit. Ingres
si autem moyses & aaron tabernaculum te
stimonij. & egressi. benedixerunt
populo. Apparuitq; gloria domini oi
multitudini. & egressus ignis a do
mino. deuorauit holocaustum. & adipes
qui erant super altare. Quod cum uidis
sent turbe. laudauerunt dominum mé
tes in facies suas.

X

Assumptisq; nadab & abiu fi
lij aaron thuribulis. posue
runt ignem & incensum de
super offerentes coram dño
ignem alienum. quod eis preceptum
non erat. Egressusq; ignis a domino.
deuorauit eos. & mortui sunt coram
domino. Dixitq; moyses ad aaron. hoc
est quod locutus est dominus. In sanctificabor
in hijs qui appropinquant michi. & in

Leui

liges. quasi uindemiam annus est requie
tionis terre è. Esto erunt uobis in cibum
tibi & seruo tuo ancille & mercenario tuo.
& adue qui peregrinatur apud te. Ju
mentis & pecoribus tuis. omnia quę na
scuntur præbebunt cibum. Numerabis
quoqs tibi vij. ebdomadas annorū. septies
septies. quę simul faciunt annos xlviij
& cunges buccina mense septimo decīmo
die mensis propitiationis tpis in uniuer
sa terra tua. Sanctificabisqs annum quinqua
gesimum. & uocabis remissionem cunc
tis habitatoribus terre tue. Jpse è enim iubileus
Revertetur homo ad possessionē suam.
& unusquisqs rediet ad familiā pristinā.
quia iubileus è. & quinquagesimus an
nus. Non seretis neqs metetis. sponte i
gruo nascentia. Et primitias uindemie
non colligetis ob sanctificationē iubilei
is statim oblata comedetis. Anno iubi
lei. redeant omnes ad possessiones suas.
Quando uendes quippiam ciui tuo. uel
emes ab eo. ne contristes fratrem tuum. sed iux
numerum annorum iubilei. emes ab eo. et
iuxta supputationē frugum uendet tibi.
Quanto plures anni remanserint post
iubileum: tanto carius & pretium. Et
quanto minus numerabuntur ptis. tanto
minus empto extabit. Tempus enim
frugum. uendent tibi. Nolite affligere &
tribulare fres uros. sed timeat unusquisqs deum

LEVITICI

suum: quia ego dominus deus uester.
Facite precepta mea & iudicia custo
dite & implete ea: ut habitare possitis i
terra absq; ullo pauore & gignat uo
bis fructus suos quibus uescami
usq; ad satietatem: nullius impetum
formidantes. Quod si dixeritis quid
comedemus anno septimo: si non sere
mus neq; colligimus fruges nrās.
dabo benedictionem meam uobis an
no sexto & faciet fructus trium annoꝝ
Seretisq; anno octauo & comedetis fru
ges ueteres usq; ad nonum annum.
donec noua nascantur: edetis ueteria.
Terra quoq; non uendetur in perpe
tuum quia mea est & uos aduene & colo
ni mei estis. Per cuncte regionis possessio
nis uestre redemptionis dabitis ui
nendam. Si attenuatus frater tuus &
uenierit possessiunculam suam: et
uoluerit proximus eius propinquus
meit quod ille uendiderat. Sin autē
non habuerit proximum & ipse peruē
ad redimendum poterit uenire &
putabitur fructus ex eo tpe quo
uenierit & quod reliquum est reddet
emptori: sicq; recipiet possessionē suā.
Quod si non inuenerit nimus eius
ut reddat pretium. habebit empto: qđ e
me & usq; ad annum iubeleum. In
quo enim. omnis uenditio redibit ad
dominum & ad possessorem pristinū.
Quicunq; uendiderit domum intra urbis
muros habet licentiam redimendi. do
nec unus impleatur annus. Si non
redemerit & anni circulus fuerit uo
lutus. emptor possidebit eam & posteri
eius in perpetuum & redimi nō potit
etiam in iubileo. Sin autē in uilla fu
erit domus que muris non cingit. agro
rum uicine conditio. Si ante redēpti
non fuerit in iubileo reuertetur ad
dominū suum. Edes leuitarum que
in urbibus sunt: semper possunt redimi
Si uero emptor non fuerit in iubileo.
reuertentur ad dōos. quia domus ur
bium leuiticarum pro possessionibus
sunt inter filios israel. Sub urbana
autē eorum non uendentur. quia pos
sessio sempiterna ē. Si attenuatus &
fuerit frater tuus & infirmus manu &
suscepies eum quasi aduenam & pere
grinum. & uiuet tecum. ne accipias usu
ram ab eo. nec amplius qđ tradidi. Ti
me deum tuum: ut uiuere possit frat
ter. Pecuniam tuam non dabis ei ad
usuram. & frugum supra habundantia
non exiges. Ego dominus deus uester
qui eduxi uos de terra egypti: ut darem
uobis terram chanaā. & essem uester deus.
Si paupertate depulsus uenditus fuerit tibi
frater tuus non eum opprimes famu
famulorum. & quasi mercenarius & co
lonus erit. Usq; ad annum iubeleum
operabitur apud te. & postea egredietur
cum liberis suis. & reuertetur ad cogna
tionem & ad possessionem patrum suorū
Mei enim sunt. & ego eduxi eos de
de terra egypti. non uendantur conditione
seruorum. Non affliges eum per potes
tatem. & timebis deum tuum. Seruus
& ancilla sint uobis de nationibus que
in circuitu uestro sunt. & de aduenis qui
peregrinantur apud uos. uel qui ex eis
nati fuerint in terra uestra. hos habebitis
famulos. & hereditario iure transmitte
tis ad posteros. ac possidebitis in ētnū
Fratres autem uestri filios israel. ne opp
matis per potentiam. Si uenalis erit a
pud uos manus aduene atq; peregri
& attenuatus frater tuus uenierit se
et aut cuiq; de stirpe eius. post uendi
tionem poterit redimi. Unus uolueritex
fratribus suis redimere eum. & patruus & pa
truelis. & consanguineus & affinis. Sin
autem & ipse poterit: redimet se. sup
putatis duntaxat annis a tpe uēdi
tionis sue. usq; in annum iubeleum.
& pecunia qua uenditus fuerat iuxtā
annorum numerum & ratione mercē
narii supputata. Si plures fuerint ānī
qui remanent usq; ad iubeleum fm
hos reddet & pretium. Si pauci: ponet
rationem cum eo iuxta annorū nūm
& reddet emptori quod reliquum ē an
norum quibus ante fuerat mercedibus
imputatis. Non affliget eum uiolēt
more spectatio. Quod si per hec redimi
non poterit. anno iubileo egredietur
cum liberis suis. Mei enim sunt fi
filij israel. quos eduxi de terra egypti.



LEVITICVS

Ego dominus deus uester. Non facietis ydolum et sculptile. nec titulos erigetis. nec insignem lapidem ponetis in terra ut adoretis eum. Ego enim sum dominus deus uester. Custodite sabbata mea. et pauete ad sanctuarium meum. Ego dominus. Si in preceptis meis ambulaueritis. et mandata mea custodieritis. et feceritis ea. dabo uobis pluuias tempori suis. et terra gignet germen suum. et pomis arborum replebuntur. Apprehendet messium tritura uindemiam. et uindemia occupabit sementem. Et comedetis panem uestrum in saturitate. et absque pauore habitabitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris. Dormietis. et non erit qui exterreat. Auferam malas bestias. et gladius meus non transibit terminos uestros. Persequemini inimicos uestros. et corruent coram uobis. Persequentur quinque de uestris. centum alienos. et de uobis decem milia. Cadent inimici uestri in conspectu uestro. gladio. Respiciam uos et crescere faciam. multiplicabimini et firmabo pactum meum uobiscum. Comedetis uetustissima ueterum. et uetera nouis supernementibus proicietis. Ponam tabernaculum meum in medio uestri. et non abiciet uos anima mea. Ambulabo inter uos. et ero uester deus. uos quoque eritis populus meus. Ego dominus deus uester. qui eduxi uos de terra egyptiorum ne fueritis eis seruientes. et qui confregi catenas ceruicum uestrarum. ut incedatis erecti. Quod si non audieritis me. nec feceritis omnia mandata mea. et si spreueritis leges meas. et iudicia mea odierit anima uestra. ut non faciatis ea que a me constituta sunt. et ad irritum perducatis pactum meum. ego quoque hec faciam uobis. Visitabo uos uelociter. egrediar et arcebo uos. qui consumat oculos uestros. et consumat animas uestras. Frustra seretis semen uestrum. quod ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra uos. et corruetis coram hostibus uestris. et subicient uobis qui oderunt uos. Fugietis. nemine persequente. Sin autem nec sic obedieritis michi. addam correptiones uestras septuplum propter peccata uestra. et superbiam durabo uestre. Daboque uobis celum desuper sicut ferrum. et terram eneam. Consumetur in cassum labor uester. Non proferet terra germen. nec arbores poma prebebunt. Si ambulauero uobis ex aduerso michi. nec uoluerit audire me. addam plagas uestris usque in septuplum propter peccata uestra. emittamque in uos bestias agri que consumant uos. et pecora uestra. ad paucitatem extenuent. desertique fiant uie uestre. Quod si nec sic uoluerit recipere disciplinam. sed ambulauerit ex aduerso michi. ego quoque contra uos aduersus incedam. et percutiam uos septies propter peccata uestra. inducamque super uos gladium. ultorem federis mei. Cumque confugeritis in urbes mittam pestilentiam in medio uestri. et tradetis inimicis hostium manibus. postquam confregero baculum panis uestri. ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes. et reddant eos ad pondus. et comedentes non saturabimini. Sin autem nec per hec audieritis me. sed ambulaueritis contra me. ego incedam aduersus uos in furore contrario. et corripiam uos ipse plagis propter peccata uestra. ita ut comedatis carnes filiorum uestrorum. et filiarum uestrarum. Destruam excelsa uestra. et simulacra uestra confringam. Cadetis inter ruinas ydolorum uestrorum. et abominabor uos anima mea. in tantum ut urbes uestras redigam in solitudinem. et desertam faciam sanctificationem uestram. nec recipiam odorem suauissimum. Dispergamque terram uestram. et stupebunt super eam inimici uestri. cum habitatores illius fuerint. Uos autem dispergam in gentes. et uaginabo post uos gladium. Erit que terra uestra deserta. et ciuitates uestre dirute. Tunc placebunt terre sabbata sua. cunctis diebus solitudinis sue. Quando fueritis in terra hostili. sabbatizabit et requiescet in sabbatis solitudinis sue. eo quod requieuerit homo in sabbatis uestris. quando habitabatis in ea. Et qui de uobis remanserint. dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium. Terrebit eos sonitus folii uolantis. et tanquam fugiens gladium. Cadent



nullo persequente. & corruent singuli
super fres suas quasi bella fugientes. &
Nemo enim inimicis audebit resistere.
Bestie interficient gentes. & hostilis uos ira
consumet. Quod si & uobis aliqua neglexeritis. tabescent in iniquitatibus suis in
terra inimicorum suorum. & propter
peccata patrum suorum. & sua affligentur.
donec confiteantur iniquitates suas & ma
iorum suorum quibus prevaricati sunt
in me. & ambulaverunt ex adverso mi.
Ambulabo igitur & ego contra eos. & indu
cam illos in terram hostilem. donec e
rubescat incircumcisa mens eorum. Et
tunc orabunt pro impietatibus suis. et
recordabor foederis mei. quod pepigi cum
iacob & ysaac & abraam. Terre quoque
memorabo. Que cum relicta fuerit ab
eis. & placebit sibi in sabbatis suis. pa
tiens solitudinem propter illos. Ipsi vero
negabunt pro peccatis suis. eo quod abie
cerint iudicia mea. & leges meas despe
rarunt. Attamen etiam cum essent in
terra hostili. non penitus abiecti eos. neque
sic desperavi ut non consumerentur. & ir
ritum facerem pactum meum cum eis.
Ego enim sum dominus deus eorum.
& recordabor foederis mei pristini. quan
do eduxi eos de terra egipti in conspectu gen
tium. ut essem deus eorum. Ego dominus
deus. Hec sunt precepta mea atque iu
dicia & leges quas dedit dominus inter
se & inter filios israel in monte synai. per
manum moysi.

XXVII

Locutusque est dominus
ad moysen. dicens. Loquere
filiis israel. & dices. Ho
mo qui votum fecerit & spopon
derit deo animam suam. iusti estimatio
ne dabit pretium. Si fuerit masculus
a vicesimo usque ad lx annum. Dabit
l. siclos argenti ad mensuram sanctua
rii. Si mulier xxx. A quinto autem anno
usque ad xx. masculus dabit xx siclos.
femina x. Ab uno mense usque ad annos
quinque pro masculo dabuntur v. si
cli. pro femina tres. De sexagenario usque
ultra. masculus dabit xv. siclos. femina x.
Si pauper fuerit ex estimatione vel
non valebit. stabit coram sacerdote. &
quantum ille estimaverit & unusquis

posse redimere tantum dabit. Animal ar
quod immolari potest domino si quis voverit
sanctum erit. & mutari non poterit. i. melio
malo. nec pessimus bono. Quod si mutaverit
vel in quod mutatum est vel illud pro quo
mutatum est sanctificatum erit domino. A
nimal autem immundum quod immolari
domino non potest. si quis voverit. ad
ducent ante sacerdotem. Qui diiudi
cans utrum bonum an malum sit. sta
tuet pretium. Quod si voluerit is
qui obtulit. addet supra estimationem
quintam partem. Homo si voverit do
mum suam & sanctificaverit domino. estima
bit eam sacerdos utrum bona an mala
sit. & iuxta pretium quod ab eo fuerit es
timatum venundabitur. Si autem ille
qui vovere at voluerit redimere eam. da
bit quintam partem estimationis sup.
& habebit dominium. Quod si agrum posses
sionis sue voverit & sanctificaverit domi
nio. iuxta mensuram sementis estimabitur
pretium. Si cor modius ordei seratur re
tro. l. siclis argenti venundetur. Si statim
ab anno incipientis iubilei voverit a
grum. quantum valere potest tantum
estimabitur. Sin autem post aliquantum
temporis. supputabit sacerdos pecuniam iux
ta annorum qui reliqui sunt numerum usque
ad iubileum. & detrahetur de pretio. Quod
si voluerit redimere agrum ille qui vo
verat. addet quintam partem estimati
pecunie. & possidebit eum. Sin autem
noluerit redimere. & alteri cuilibet fuerit
venundatus. ultra eum qui voverat
redimere agrum non poterit. quia cum
iubileus venerit dies. sanctificatus erit domi
no. & possessio consecrata ad ius pertinet sacer
dotum. Si ager emptus & non de posses
sione maiorum. sanctificatus fuerit domi
no. supputabit sacerdos iuxta annorum
numerum. usque ad iubileum pretium.
& dabit ille qui vovera at eum domino.
In iubileo autem revertetur ad priorem
dominum qui vendiderat eum. & habuerat
in sortem possessionis sue. Omnis e
stimatio. sydelo sanctuarii ponderabitur. Si
clus xx obolos habet. Primogenita que
ad dominum pertinent. nemo sanctificare po
terit. & vovere. Sive boves sive oves fue
rint. domini sunt. Quod si immundi

è animal: redimet qui obtulerit ut̃
estimationem suam. & addet quintam
partem pretij. Si redimere noluerit.
uendetur alteri. quantum cumq; fue
rit estimatum. Omne quod dominо
consecratur. siue homo fuerit. siue animal
siue agri non uendetur. nec redimi po
terit. Quicquid semel fuerit consecrati
sanctum sanctorum erit domino. & omnis con
secratio que offertur ab homine non redi
metur: & morte morietur. Omnes decи
me terre. siue de frugibus siue de pomis
arborum. domini sunt: & filii sanctificantur
Si quis autẽ voluerit redimere decima
sua. addet quintam partem earum. a
Omnium decimarum ouis & bouis & ca
pre que sub uirga pastoris transeunt. a
quicquid decimum venerit sanctificabit
domino. Non eligetur nec bonum nec
malum. nec alterum commutabit. Si quis
mutauerit. & quod mutatum è. pro qui
mutatum è sanctificabitur domino. & non
redimetur. Hec sunt precepta que man
dauit dominus moysi. ad filios israel
in monte synai.

EXPLICIT LIBER LEVITICI

INCIPIT LIBER NVMERI I



Quumq; locutus
esset dominus
ad moysen
in deserto si
nai in taber
naculo fœde
ris. prima
die mensis
secundi an
no altero egressionis eorum ex egipto.
dicens. Tolite summam uniuersæ congre
gationis filiorum israel. per cognationes &
domos suas. & nomina singulorum. o
quicquid sexus è masculini a uigesimo
anno & supra omnium uirorum fortiu
m israel. & numerabitis eos per turmas
suas tu & aaron. Eruntq; uobiscum o
principes tribuum ac domorum in co
gnationibus suis. quorum ista sunt no
mina. De tribu ruben. elysur filius sedeu
r. De symeon. salamihel filius surisa
dai. De iuda. naason filius aminadab
De yssachar. nathanahel filius suar. De
zabulon. heliab filius elon. Filiorum
autem ioseph de ephraim. elysama fi
lius ammiud. De manasse. gamaliel fi
lius phadasur. De beniamin. abydan
filius gedeonis. De dan. ahyezer filio
ammisadai. De aser. phagihel filius o
chran. De gad. heliasaph filius du
hel. De neptali. hira filius enan. hi
nobilissimi principes multitudinis. o
per tribus & cognationes suas. & capitа e
rerum israel. quæ tulerunt moysес
& aaron cum omni uulgi multitudine.
& congregauerunt primo die mensis se
cundi recensentes eos per cognationes & domo
rum familias & capita & nomina singu
lorum a uigesimo anno & supra sicut
præceperat dominus moysi. numerauitq;
eos in deserto synai. De ruben primo
genito israelis per cognationes & fami
lias ac domos suas. & nomina capitum
singulorum omne quod sexus è ma
sculini a xx anno & supra procedentium
ad bellum: ex hy milia quingenta. De fi
lijs symeon: per generationes & fami
lias ac domos cognationum suarum
recensita sunt per capita & nomina sin
gulorum omne quod sexus è masculi
ni a xx anno & supra procedentium
ad bellum: quinquaginta nouẽ mi
lia trecenta. De filijs gad. per genera
tiones & familias ac domos cognatio
num suarum. recensita sunt per no
mina singulorum a xx annis & supra omнis
qui ad bellum procedere nt. ex hy milia
sexcenta. l. De filijs iuda. per gñationes
& familias ac domos cognationi suæ
per nomina singulor a xx anno & sup

NUMERI

omnes qui poterant ad bella procedē.
recensita sunt. lxxiiij milia sexcenti.
De filijs vlachan per generationes et
familias ac domos cognationū suarū
per nomina singulorum a xx anno
et supra. omnes qui ad bella pcedere
recensita sunt. lxxx. milia quadringēti.
De filijs zabulon per generationes et
familias ac domos cognationū suarū
recensita sunt per nomina singulorum.
a xx anno et supra. omnes qui poterant
ad bella procedere. lvij milia quadrige
nti. De filijs ioseph filiorum ephraim
per generationes et familias ac domo
cognationum suarum recensita sunt
per nomina singulorum a xx anno et
supra. omnes qui poterant ad bella
procedere. xl milia quingenti. De
filijs manasse per generationes
et familias ac domos cognationum
suarum. recensita sunt per nomina
singulorum. a xx annis et supra. omes
qui poterant ad bella procedere. xxxij
milia ducenti. De filijs beniamin per
generationes et familias ac domos
cognationum suarum recensita sunt
nominibus singulorum a xx anno et
supra. omnes qui poterant ad bella
procedere. xxxv milia quadringēti.
De filijs dan per generationes et fami
lias ac domos cognationum suarum
recensita sunt nominibus singulorum
a xx anno et supra omnes qui poterāt
ad bella procedere. lxij milia sexcenti.
De filijs aser per generationes et fami
lias ac domos cognationum suarum
recensita sunt per nomina singulorū
a xx anno et supra omnes qui poterant
ad bella procedere. xl milia mille qui
genti. De filijs nepthalim per gnationes
et familias ac domos cognationū
suarum recensita sunt nominibus
singulorum a xx anno et supra omes
qui poterant ad bella procedere. liij
milia quadringenti. Isti sunt recen
siti quos recensuerunt moyses et aaron et
principes ysrael singulos per domos co
gnationum suarum. fuerunt quoq; oēs
filij ysrael per domos et familias suas
a xx anno et supra qui poterant ad
bella procedere. sexcenta tria milia

uiorum quingenti quinquaginta.
Leuite autē in tribubus familiarū suarū
non sunt numerati cum eis. Locutusq;
est dominus ad moysen dicens. Tri
bum leui noli numerare. neq; ponas
summam eorum cum filijs ysrael. sed sta
tue eos super tabernaculum testimonij
et omnia vasa eius. et quicquid ad cerimo
nias pertinet. Ipsi portabunt taberna
culum. et omnia utensilia eius. et erunt
in ministerio eius. ac per gyrum taber
naculi metabuntur. Cum proficisce
dum fuerit ponent leuite taberna
culum. cum castrametanda exigent.
Quisquis extraneus accesserit. occidet.
Metabuntur autē castra filij ysrael. unus
quisq; per turmas et cuneos atq; exer
citum suum. Leuite per gyrum ta
bernaculi figent tentoria ne fiat ira
tio super multitudinem filiorum
ysrael. et excubabunt in custodijs tab
naculi testimonij. Fecerunt ergo filij
ysrael. universa omnia que preceperat
dominus moysi.

Locutusq; est dominus
ad moysen et aaron. dicēs
Singuli per turmas suas
signa atq; uexilla. et domos
cognationum suarum castrametā
buntur filij ysrael. per gyrum taberna
culi federis. Ad orientem. iudas figet
tentoria. per turmas exercitus sui. Et
erit dux principes filiorum eius. Naasō
filius aminadab. et omnis de tribu eius
summa pugnantium lxxiiij milia
sexcenti. Juxta eum castrametata sūt
de tribu ysachar. quorum princeps
fuit nathanahel filius suar. Et exer
citus pugnatorum eius. liiij
milia quadringenti. In tribu zabu
lon princeps fuit heliab filius elon.
Omnis de turba eius exercitus pu
gnatorum. lvij milia quadringenti
Numeri qui in castris iuda annume
rati sunt fuerunt centum octoginta
sex milia. quadringenti. Et per tur
mas suas primi egredientur. In ca
stris filiorum ruben ad meridianam
plagam. cui princeps helisur filius
sedeur. Et exercitus exercitus pugna
torum eius qui numerati sunt. xl.



NUMERI

sex milia quingenti. Juxta eum castra metabit tribus Symeon: quor princeps fuit Salamyhel filius Sursaday. Et exercitus exercitus pugnatorum eius. qui numerati sunt in eo. lviij. milia trecenti. In tribu quoq; princeps fuit Eliasaph filius Duhel. Et exercitus exercitus pugnatorum eius. qui numerati sunt. xlvj. milia trecenti. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben. cl. milia. vij. mille quadringenti. l. per turmas suas. Iste secundo loco proficiscentur. Leuabit autem tabernaculum testimonij: per officia leuitarum. per turmas eorum. Quomodo erigentur. ita et ponentur. Si quis. per loca eorum. unusquisq; suas proficiscentur. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraym. quorum princeps fuit Elysama filius Ammiud. Exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt. xl. milia quingenti. Et cum eis tribus filiorum Manasse. quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadasur. Exercitus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt. xxxij. milia ducenti. In tribu filiorum Beniamyn. princeps fuit Abydan. filius Gedeonj. Et exercitus exercitus pugnatorum eius qui recensiti sunt. xxxv. milia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraym. cviij. milia. c. per turmas suas. Tertij proficiscentur. Ad aquilonis partem castramentabuntur tribus filiorum Dan. quorum princeps fuit Ahyezer filius Ammisadday. Exercitus exercitus pugnatorum eius. qui numerati sunt. lvij. milia septingenti. Juxta eum figent tentoria tribus Aser. quorum princeps fuit Phagyel filius Ochran. Exercitus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt. xl. milia. vij. mille. quingenti. Ad tribum filiorum Nepthalym princeps fuit Ahyra filius Enan. Exercitus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt. lij. milia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Dan. fuerunt. clvij. milia sexcenti. Et novissimi proficiscentur. Iuxta numerum filiorum Israel per domos cognationum suarum. et turmas dimissi exercitus sexcenta tria milia quingenti

Leuite autem non sunt numerati inter filios Israel. Sic enim precepit Dominus Moysi. Fecerunt ergo filij Israel: iuxta omnia que preceperat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas. et profecti per familias ac domos patrum suorum.

Et sunt generationes Aaron et Moysi in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Synai. Et hec nomina filiorum Aaron. Primogenitus eius Nadab. deinde Abiu et Eleazar. et Ythamar. Et hec nomina filiorum Aaron sacerdotum. qui uncti sunt: et quorum repleta et consecrate manus ut sacerdotio fungerentur. Mortui sunt autem Nadab et Abiu cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Synai absque liberis. Sumentesq; sunt sacerdotio Eleazar et Ythamar. coram Aaron patre suo. Locutusq; est Dominus ad Moysen. dicens. Applica tribum Leui et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis. ut ministrent ei. et excubent et obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij. et custodiant omnia vasa tabernaculi. fideliq; ministerio eius. Dabisq; dono Leuitas Aaron et filijs eius. quibus traditi sunt a filijs Israel. Aaron autem et filios eius constitues super cultum sacerdotij. Extraneus qui ad ministrandum accesserit morietur. Locutusq; est Dominus ad Moysen. dicens. Ego tuli Leuitas a filijs Israel. pro omni primogenito qui aperit uuluam in filijs Israel. et erunt mei. Meum est enim omne primogenitum. Ex quo percussi primogenita in terra Egypti. sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel. Ab homine usq; ad pecus. mei sunt. Ego Dominus. Locutusq; est Dominus ad Moysen in deserto Synai dicens. Numera filios Leui per domos patrum suorum et familias omnem masculum ab uno mense et supra. Numerauit Moyses ut preceperat Dominus. et inuenti sunt filij Leui per nomina sua. Gerson et Caath et Merari. Et filij Gerson. Lebny et Semey. Filij Caath. Amram et Gessaar. Ebron et Oziel. Filij Merari. Mooly et Musy. De Gerson fuere fa





NUMERI

milie duc. lebnitaq; septuaginta. Quarum numerationis è populus ferus masculini ab uno mense & supra. vij milia quingenta. Ihy post tabernaculū metabuntur ad occidentem. sub principe eliasaph. filio lahel. habebunt excubias in tabernaculo federis. ipm tabernaculū operimentum eius. tentoriū qđ trahitur ante fores. tecti federis. & cortinas atrii. tentoriū quoq; quod appenditur in introitu atrii tabernaculi. & quicquid ad usum altaris pertinet circumcirca fimes tabernaculi & omnia utensilia eius. Cognatio charath habebit populos amramitas. & gersamitas. & hebronitas. & ozielitas. Hæc sunt familie charathitarū recensite per nomina sua. omnes generis masculini ab uno mense & supra. octo milia sexcenti. Hi habunt excubias sanctuarij. & castrametabuntur ad meridianam plagam. Princepsq; eorum erit elisaphan. filius oziel. Et custodient archam. mensamq; & candelabrum altaria & vasa sanctuarij in quibus ministratur & velum. cunctamq; huiusce modi supellectilem. Princeps autem principum leuitarum eleazar filius aaron sacerdotis. erit superintendens custodie sanctuarij. At vero de memoratis populi moabite & musite recensiti per nomina sua omnes gñis masculini ab uno mense & supra. sex milia ducenti. Princeps eorum samuel. filius abihail. In plaga septentrionali. castrametabuntur. Erunt sub custodia eorum tabule tabernaculi. & vectes ac columne & bases earum omnia que ad cultum huiusce modi pertinent. columneq; atrij per circuitum cum basibus suis. & paxillum cū funibus. Castrametabuntur ante tabernaculū federis. ad orientalem plagam moyses & aaron cum filijs suis. habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum israel. Quisquis alienus accesserit. morietur. Omnes leuite quos numerauerunt. moyses & aaron iuxta preceptum dñi per familias suas in genere masculino. a mense uno & supra. fuerunt xxij milia. Et ait dominus ad moysen. Numera primogenitos sexus masculini de filijs israel a mense uno & supra. & habebis summā eorum. Tolles q; leuitas mihi. pro omnibus primogenitis filiorum israel. Ego sum dominus. Et pecora eorum pro universis primogenitis pecorum filiorum israel. Recensuit moyses sicut preceperat dominus primogenitos filiorum israel. & fuerunt masculini per nomina sua. a mense uno & supra. xxij milia & lxxij. Locutusq; est dominus ad moysen. dicens. Tolle leuitas pro primogenitis filiorum israel. & pecora leuitarum pro pecoribus eorum. eruntq; leuites mei. Ego sum dñs. In pretio autem ducentorum lxxij. qui excedunt numerum leuitarum de primogenitis filiorum israel accipies v. siclos per singula capita. ad mensuram sanctuarij. Siclus habet obolos xx. Dabisq; pecuniam aaron & filijs eius. pretium eorum qui supra sunt. Tulit ergo moyses pecuniā eorum q; fuerat amplius. & quos redemerant a leuitis pro primogenitis filiorum israel. trecentorum lxxv. siclorum iuxta pondus sanctuarij. & dedit eam aaron & filijs eius iuxta verbum quod preceperat sibi dñs.

Locutusq; est dominus ad moysen & aaron. dicens. Tolle summā filiorum caath. de medio leuitarum per domos & familias suas. a xxx anno & supra. usq; ad l. annum. omnes qui ingrediuntur ut stent. & ministrent in tabernaculo federis. Hoc est culmus filiorum caath. Tabernaculum federis & cum eorum ingredientur aaron & filij eius q̄n mouenda sunt castra. & deponent velum quod pendet ante fores & operient archam testimonij & superponent ursum velamine hyacynthini pellium. extendentq; desuper pallium totum hyacynthinum. & mittent vectes. Rursum quoq; propositionis mutabunt hyacynthino pallio. & ponent super eam thuribula & mortariola. cyathos & fialas ad libamina. Panes semper in ea erunt. Extendentq; desuper pallium coccineum quod rursum operient velamento hyacynthinarum pellium. & mittent vectes. Sumentq; pallium hyacynthinum quo operient candelabrum cum luceribus & forcipibus suis. & emunctoriis & vasis olei. quae ad ministrandas luceras necessaria sunt. & super omnia pa

NUMERI

nent operimentum tacynethinarum
pellium. & inducent uectes. Flecnon &
altare aureum inuoluent tacynethino
uestimento. & extendent desuper ope
mentum tacyntinarum pellium. indu
centq; uectes. Omnia uasa quibus
ministratur in sciario inuoluent tacy
cinio pallio. & extendent de super ope
rimentum tacynthinarum pellium. indu
centq; uectes. Et altare mundabut
cinere. & inuoluent illud in purpureo
uestimento. ponentq; cum eo omnia q
uasa quibus in ministerio eius utuntur
ignium receptacula. fuscinulas ac ra
dentes. uncinos & batilla. Cuncta ua
sa altaris operient simul uelamine ta
cynethinarum pellium. & inducent ue
ctes. Cumq; inuoluerint aaron & filii
eius sciarum & omnia eius uasa in p
motione castrorum. tunc introibunt filii
chaath ut portent inuoluta. & non tan
gant uasa sciarum. ne moriantur. Ista q
sunt onera filiorum caath in tabernaculo
federis. super quibus erit eleazar filius a
aron sacerdotis. ad cuius pertinet cura
oleum ad luminandas lucernas. & po
tionis incensum. & sacrificium quod q
semper offertur. & oleum unctionis. &
quicquid ad cultum tabernaculi per
tinet omniumq; uasorum que in scia
rio sunt. Locutusq; est dominus ad
morsen & aaron. dicens. Nolite per
dere populum caath de medio leuitarum.
Hoc facite eis ut uiuant & non mo
riantur. si tetigerint sca sanctorum. Aaron
& filii eius introibunt. ipsique disponent
opera singulorum. & uniuersa quod a
portare quis debeat. Illi nulla curio
sitate uideant que sunt in sciario pri
q; inuoluantur. aliquin morientur.
Locutusq; est dominus ad morsen di
cens. Tolle etiam summam filiorum
gersom. per domos & familias & cogna
tiones suas. a xxx annis & supra. usq;
ad annos l. numera omnes qui ingre
diuntur & ministrant in tabernaculo
federis. Hec est officium familie gersom
tarum. ut portent cortinas tabernacu
li & tectum federis. operimentum aliud ex
super omnia uelamen tacynthinum
tentorium quoq; quod pendet in introi
tu federis tabernaculi. cortinas atrii &
uelum introitus. quod est ante taberna
culum. Omnia que ad altaris pertinent
funiculos & uasa ministerii uidente aa
ron & filiis eius portabunt filii gersom
& scient singuli cui debeant honerari
pretio. Hic est cultus familie gersomita
rum in tabernaculo federis. & cunctos
sub manu ythamar filii aaron sacerdo
tis. Filios quoq; merari per familias &
domos patrum suorum recensebis a xxx
annis & supra. usq; ad annos l. omnes
ingredientur ad officium ministerii
sui & cultum federis testimonii. Hec
onera eorum. portabunt tabulas ta
bernaculi & uectes eius. columnas et
bases earum. columnas quoq; atrii
per circuitum cum basibus & paxillis & fu
nibus suis. Omnia uasa & suppellectilem
ad numerum accipient. sicq; por
tabunt. Hec est officium familie merarita
rum & ministerium in tabernaculo fe
deris. eorumq; sub manu ythamar filii
aaron sacerdotis. censuerunt igitur mo
ses & aaron & principes synagoge filios
caath per cognationes & domos patrum
suorum. a xxx annis & supra. usq; ad
annum. l. omnes qui ingrediuntur ad
ministerium tabernaculi federis. & inue
nti sunt duo milia septingenti. l. Hic est
numerus populi caath. qui uniuersi
tabernaculum federis. Hos numerauit
morses & aaron iuxta sermonem domi
ni per manum morsi. Numerati sunt
& filii gersom per cognationes & do
mos patrum suorum. a xxx annis & supra us
q; ad annum. l. omnes qui ingredi
untur ut ministrent in tabernaculo fede
ris. & inuenta sunt duo milia sexcenti
xxx. Hic est populus gersomitarum q;
numerauerunt morses & aaron iux
ta uerbum domini. Numerati sunt & filii
merari per cognationes & domos pa
trum suorum. a xxx annis & supra usq;
ad annum. l. omnes qui ingrediuntur
ad explendos usus tabernaculi fede
ris. & inuenta sunt tria milia ducenti. Hic
est numerus filiorum merari. quos re
censuerunt morses & aaron iuxta
uerbum domini per manum morsi. Om
nes qui recensiti sunt de leuitis & quos re

NUMERI

censet fecit ad nomen moyses et aaron
et principes israel per cognationes et do
mos patrum suorum a xx annis et su
pra. usque ad annum. l. ingredientes
ad ministerium tabernaculi et onera
portanda. fuerunt simul octo milia et
quingenti octoginta. Juxta uerbum
domini recensuit eos moyses unum
quemque iuxta officium et onera sua.
sicut preceperat ei dominus.

V

Locutusque est dominus
ad moysen. dicens. Pre
cipe filiis israel. ut eiciant
de castris omnem leprosum.
et qui semine fluit. polluturque super
mortuo. Tam masculum quam feminam
eicite de castris. ne coinquinent ea cum
habitaueritis uobiscum. Feceruntque ita
filii israel. et eiecerunt eos extra castra sicut
locutus est dominus moysi. Locutusque
est dominus ad moysen. dicens. Lo
quere filiis israel. Vir siue mulier cum
fecerint ex omnibus peccatis que solent
hominibus accidere. et per negligentiam
transgressi fuerint mandatum domi
natumque deliquerint. confitebuntur pecca
tum suum. et reddet rem capiti quam
tem de super. ei in quem peccauerunt. Si
autem non fuerit qui rapiat debitor
domino et ut sacerdotis. excepto ariete
qui offertur pro expiatione ut sit pla
cabilis hostia. Omnes quoque primi
tie quas offerunt filii israel. ad sacer
dotem pertinent. et quicquid in sanctua
rium offertur a singulis et tradetur mi
bo sacerdotis ipsius erit. Locutusque est
dominus ad moysen. dicens. Loquere ad
filios israel. et dices ad eos. Si cuius u
xor erauerit maritumque oppreserit et
dormierit cum alterio mariro. et hoc mari
to deprehendente nequierit. si latet adul
terium. et testis nullus exstiterit. quia in
ea inuenta non fuerit scelere. si spe zelotipie coar
guerit uirum et ipsa incesta fuerit aut
polluta et uel falsa suspicione arripuerit
adduxerit eam ad sacerdotem. et offerret
oblationem pro illa. decimam partem
similaginis hordeacee. Non fundet super
eam oleum nec imponet thus. quia
sacrificium zelotipie est. et oblatio inqui
sitionis adulterium. Offeretque eam sa

sacerdos. et stabit coram domino. Ac
sumetoque aquam sanctam in uase fictili
et pauxillum terre de pauimento tabernacu
li. mittet in eam. Cumque steterit
mulier in conspectu domini. discooperiet
caput eius. et ponet super manus illius
sacrificium recordationis. oblationem
zelotipie. Ipse autem tenebit aquas
amaritudinis. in quibus cum execratio
ne maledicta egerit. adiurabitque eam
et dicet. Si non dormiuit uir tuus alienus
tecum. et si non polluta es. deserto ma
rito tuo. non te nocebunt aque iste
amaritudinis. in quas maledicta egres
si. Sin autem declinasti a uiro tuo et
polluta es. et cubuisti cum altero
uiro. his maledictionibus subiacebis.
Det te dominus in maledictionem.
et exemplum cunctis in populo suo.
Putrescere faciat femur tuum. et tu
mens uterus tuus dirumpatur. In
gredientur aque maledicte in uentrem
tuum. et uterus tumescens putrescat
femur. Et respondebit mulier. Amen
amen. Scribetque sacerdos in libello
ista maledicta. et delebit ea aquis amari
tudinis in quas maledicta egerant. et
dabit ei bibere. Quas cum exhauserit.
tollet sacerdos de manu eius sacrifi
cium zelotipie. et elevabit illud coram
domino. imponetque super altare.
dum tollat ut pugillum sacri
ficii tollat de eo quod offertur. et cre
dat super altare. et sic potum det mulie
aquas amaritudinis. Quas cum bi
berit. si polluta est et contempto uiro adul
terium rea. permansibunt eam aque ma
ledictionis. et inflato uentre putre
scet femur. Erit que mulier in maledi
ctionem. et in exemplum omni populo.
Quod si polluta non fuerit sentietque ino
xia. et liberos faciet. Ista est lex zelotipie.
Si declinauerit mulier a uiro suo. et
polluta fuerit. mansitque zelotipie
spiritus arguens adduxerit eam in conspectu
domini. et fecerit ei sacerdos omnia
que scripta sunt. manebit absque culpa
et ipsa recipiet iniquitatem suam.

VI

Locutusque est
dominus ad moysen. di
cens. Loquere ad filios israel.

roicces ad eos. Siu fuerit mulier cum fe
cerit votum nazareatus. 7 voluerit
consecrare se dño a vino 7 omni po
culo inebriante: non bibet. Acetum er
vinum vel quodlibet aliud potionē ex
quo vinum exprimitur: non bibent.
Uuas recentes siccasq; non comedet
ex his diebus quibus ex voto dño se cra
tus. Quicquid ex vinea ē potest. ab
grano usq; ad acinum: non comedent.
Omni tempore separationis suę nou
cula non transibit super caput eius:
usq; ad plenum diem quo dño se
cratus. Sanctus erit: crescente cesarie
capitis eius. Omni tpe consecrationis
suę super mortuum non ingredietur
nec super patris quidē 7 matris 7 fra
tris suos: usq; fuerint a se contaminabitur: quia
consecratio dei sui super caput eius est.
Omnibus diebus separationis suę: sanc
tus erit dño. Qui autem mortuus
fuerit subito quispiam coram eo: pol
luetur caput consecrationis eius. Ra
debit illico in carnem die purgationis
suę: 7 rursum septima. In octauo autē
die offeret duos turtures uel duos pul
los columbarum sacerdoti. ad ostium
tabernaculi testimonij. Facietq; sacer
dos unum pro peccato. 7 alterum in holocau
stum. 7 deprecabitur pro eo. quia pec
cauit super mortuo. Sanctificabitq; caput
eius in die illo. 7 consecrabit dño dies
separationis illius. offerens a
gnum anniculum pro peccato. ita tamē
ut dies priores irriti fiant. quoniam
polluta ē sanctificatio eius. Ista ē lex con
secrationis. Cum dies quos ex voto
decreuerat complebuntur. adducet eum
ad ostium tabernaculi fœderis. 7 offe
ret oblationem eius dño agnum a
nniculum immaculatum in holocaustū
7 ouem anniculam immaculatam pro
peccato. 7 arietem immaculatum. hostias
pacificas. canistrum quoq; panis
azimorum qui conspersi oleo. 7 lagana
absq; fermento uncta oleo. ac libami
na singulorum. Quę offeret sacerdos
coram dño: 7 faciet tam pro peccato q̄m
in holocaustum. Arietem uero immola
bit hostiam pacificam dño. offeretq;
simul canistrum azimorum 7 libam
na. quę ex more debentur. Tunc ra
det nazareus ante ostium tabernacu
li fœderis: cesariem consecrationis suę. Tol
letq; capillos eius. 7 ponet super ignem
qui ē suppositus sacrificio pacificorum.
Arietem coctum arietis. tortamq; absq;
fermento unam de canistro. 7 laganum
azimum unum. 7 imponet in manibus
nazarei postquam rasum fuerit caput eius.
Suscepta quoq; rursum ab eo elemosina
conspectu domini. 7 sanctificata sacerdotis
erunt: sicut pectusculum quod separa
tum est. 7 femur. Postea bibet
nazareus vinum. Ista ē lex nazarei.
cum voverit oblationem suam dño
pro consecrationis suę. exceptis his q̄
invenerit manus eius. Iuxta quod
mente devoverat. Ita faciet ad perfec
tionem sanctificationis suę. Locutusq;
ē dominus ad moysen dicens. Loquere
aaron 7 filiis eius. Sic benedicetis
filiis israel. 7 dicetis eis. Benedicat
tibi dominus. 7 custodiat te. Ostendat
dominus faciem suam tibi. 7 misereatur
tui. Convertat dominus vultum suum
ad te. 7 det tibi pacem. Invocabunt
nomen meum super filios israel. 7 ego
benedicam eis.

VIII

Factum ē autem in die qui
consummauit moyses tabernacu
lum. 7 erexit illud. unxitq; 7 sanc
tificauit cum omnibus vasis
suis. altare similiter. 7 vasa eius. obtu
lerunt principes israel. 7 capita fami
liarum qui erant per singulas tribus
prefecti eorum qui numerati fuerant
munera coram domino. sex plaustra
tecta cum duodecim bobus. Unum plau
strum obtulere duo duces. 7 unum bo
vem singuli. Obtuleruntq; ea ante
speciem tabernaculi. Dixitque dominus
ad moysen. Suscipe ab eis ut sint
in ministerio tabernaculi. 7 trades ea
levitis uncta ordinem ministerij sui.
Itaq; cum suscepisset moyses plaustra
7 boves. tradidit ea levitis. Duo plau
stra 7 quatuor boves dedit filiis gerson.
uncta ut quod debebant necessarium.
Quatuor alia plaustra. 7 octo boves
dedit filijs merari sm officia 7 cultus
suum. sub manu ythamar filij aaron



NUMERI

sacerdotis. Cuius autem cibarit nō redd
plausha rbones. qua in sciano fuuit.
roneia propnis portanc humens. Jg
obtulerunt duces in dedicatione al
ris die qua unctum é oblatione suam.
ante altare. Dixitq dominus ad moy
sen. Singuli duces per singulos dies.
offerant munera in dedicatione altaris.
primo die obtulit oblationem suam
naason filius aminadab. de tribu iuda
Cuius unq in ea acceptabulum argē
tum pondo. c xxx sicloꝝ phyalā ar
gentea hūs lxx sicloꝝ una ponderis
sciaꝝ. utrumq plenum simila ospꝛ
sa oleo in sacrificium. mortariolū ex.
siclis aureum plenum incenso. Bouē
de armēto rarietem ragnum amiculū
in holocaustum. hyrcumq pro pecco.
rin sacrificio pacificoꝝ bones duos
arietes. v. hyrcos. v. agnos anniculos. v.
Hec è oblatio naason. filij aminadab.
Secundo die obtulit nathanahel filij
suar. dux de tribu ysachar. acceptaculū
argenteum appendens. c xxx sicloꝝ. a
phyalam argenteam hēntem lxx si
cloꝝ una pondus sciaꝝ. utrumq
plenum simila ospꝛsa oleo in sacrifica
um. mortariolum aureum hēns x si
cloꝝ plenum incenso. bouem de armē
to rarietem. ragnum anniculum in ho
locaustum. hyrcumq pro pecco. rin
sacrificio pacificoꝝ bones duos. a
netes. v. hyrcos. v. agnos anniculos. v.
Hec fuit oblatio nathanahel. filij suar.
Tertio die princeps filiorum zabulon
heliab filius helon. obtulit acceptacu
lum argenteum appendens. c xxx. sicloꝝ
phyalam argenteam hēntem lxx sicloꝝ
ad pondus sciaꝝ. utrumq plenum
simila ospꝛsa oleo in sacrificium: mor
tariolum aureum appendens. x. siclos
plenum incenso. bouem de armento.
rarietem ragnum anniculum in holo
caustum. hyrcumq pro pecco. rin sac
ficio pacificoꝝ. bones duos. arietes
v. hyrcos. v. agnos anniculos. v. Hec est
oblatio heliab filij helon. Die quarto
princeps filiorum ruben elisur filius
sedeur. obtulit acceptaculum argēteū
appendens. c xxx. sicloꝝ. phyalam ar
gentea hēntem. lxx. sicloꝝ ad pondꝰ

sciaꝝ. utrumq plenum simila ospꝛsa
oleo in sacrificium. mortariolum aureum
appendens x sicloꝝ plenum incenso.
bouem de armento rarietem ragnum
anniculum in holocaustum. hyrcumq
pro pecco. rin hostias pacificoꝝ bo
ues duos. arietes. v. hyrcos. v. agnos
anniculos. v. Hec fuit oblatio elisur
filij sedeur. Die quinto prin
ceps filiorum symeon salamihel filius
surisaddai. obtulit acceptabulū argē
tum appendens. c xxx. sicloꝝ. phyalā
argenteam hēntem lxx. sicloꝝ ad pon
dus sciaꝝ. utrumq plenum simila
ospꝛsa oleo in sacrificium. mortariolū
aureum appendens. x. sicloꝝ plenum
incenso. bouem de armento rarietem
agnum anniculum in holocaustum. i
hyrcumq pro pecco. rin hostias pacifi
corum bones duos. arietes. v. hyrcos. v.
agnos anniculos. v. Hec fuit oblatio sa
lamihel. filij surisaddai. Die sexto prin
ceps filiorum gad. helyasaph filius deu
hel obtulit acceptabulum argenteum
appendens. c xxx. sicloꝝ. phyalam argē
team hēntem. lxx. sicloꝝ ad pondus
sciaꝝ. utrumq plenum simila ospꝛsa
oleo in sacrificium. mortariolum aure
um appendens. x sicloꝝ plenū incenso.
bouem de armento rarietem ragnum
anniculum in holocaustum. hyrcūq
pro pecco. rin hostias pacificoꝝ bo
ues duos. arietes. v. hyrcos. v. agnos
anniculos. v. Hec fuit oblatio helyasaph
filij deuel. Die vij. princeps filiorum
ephraym helysama filius ammiud. ob
tulit acceptabulum argenteum appē
dens. c xxx. sicloꝝ. phyalam argenteā
hēntem lxx sicloꝝ ad pondus sciaꝝ. u
trumq plenum simila ospꝛsa oleo
in sacrificium. mortariolum aureum
appendens x. sicloꝝ plenum incenso.
bouem de armento rarietem ragnum
anniculum in holocaustum. hyrcūq
pro pecco. rin hostias pacificoꝝ bo
ues duos. rarietes. v. hyrcos. v. agnos
anniculos. v. Hec fuit oblatio helisama.
filij ammiud. Die viij. princeps filiorū
manasse. gamahyhel filius phadasur. i
obtulit acceptabulum argenteum ap
pendens. c xxx. sicloꝝ. phyalam argen

NUMERI

tam bintem lxx ſiclos ad pondus ſcia
q. utrumq; plenum ſimila ꝯſpſa olẽ
in ſacrificium. mortariolum aureum a
appentens.x. ſiclos plenum incenſo. t
bouem de armento. tarietẽ. tagnum an
niculum in holocauſtum. hyrcumq; p
pro pecco. tm hoſtias pacificoꝝ. bouec
duos. arietes quinq;. hyrcos quinq;. a
gnos anniculos.v. hec fuit oblatio ga
maliel filij phadaſur. Die nono prin
ceps filioꝝ beniamyn abidan filius
gedeonis. obtulit acceptabulum ar
genteum. appentens.cxxx. ſiclos. phi
lam argentam.lxx. ſiclos ad pondus
ſcia. q. utrumq; plenum ſimila ꝯſpſa
oleo in ſacrificium. tmortariolum au
reum appentens.x. ſiclos plenum incen
ſo. bouem de armento. tagnum anni
culum in holocauſtum. hyrcumq; pro
pecco. tm hoſtias pacificoꝝ. boues
duos. arietes.v. hyrcos.v. agnos anni
culos.v. hec fuit oblatio abidan filij
gedeonis. Die.x. princeps filioꝝ. a
dan abiezer filius ammyſhadai obtulit
acceptabulum argenteum appentens
cxxx. ſiclos. phialam argentam appẽ
dens lxx. ſiclos ad pondus ſcia. q. u
trumq; plenum ſimila ꝯſpſa oleo. i
ſacrificium. mortariolum aureum ap
pendens x ſiclos plenum incenſo. bouẽ
de armento. tarietem. tagnum anniclum
in holocauſtum. hyrcumq; pro pecco.
tm hoſtias pacificoꝝ. boues duos. a
rietes.v. hyrcos.v. agnos anniculos.v.
hec fuit oblatio abiezer filij ammiſhadai
Die.xj. princeps filioꝝ aſer. phagi
hel filius ochran. obtulit acceptabulũ
argenteum appentens.cxxx. ſiclos. u
phialam argentam bintem lxx ſic
los ad pondus ſcia. q. utrumq; plenũ
ſimila ꝯſpſa oleo in ſacrificium. mor
tariolum aureum appentens.x ſiclos
plenum incenſo. bouem de armento
arietem. tagnum anniculum in holo
caustum. hyrcumq; pro pecco. tm ho
ſtias pacificoꝝ. boues duos. arietes
v. hyrcos.v. agnos anniculos.v. hec
fuit oblatio phagiel filij ochran. Die
xij. princeps filioꝝ neptalym. ahyra
filius enan. obtulit acceptabulum ar
genteum appentens.cxxx. ſiclos. phi

alam argenteam bintem lxx. ſiclos ad
pondus ſcia. q. utrumq; plenum ſimi
la ꝯſpſa oleo in ſacrificium. mortario
lum aureum appentens.x. ſiclos. plenũ
incenſo. bouem de armento. tarietem
agnum anniculum in holocauſtum. t
hyrcũq; pro pecco. tm hoſtias pacifico
rum boues duos. arietes.v. hyrcos.v. a
gnos anniculos.v. hec fuit oblatio har
im filij enan. hec in dedicatione altaris
oblata ſunt a principibus iſrael. in die q
oleatum ẽ. Acceptabula argentea. xij.
phiale argentee. xij. mortariola aurea
xij. ita ut ſint. cxxx. ſiclos argenti bĩ ſingula
acceptabulum. et lxx. ſiclos una phia
la. et. in commune. ii. ſolorum omnium ex
argento ſicli duo milia quadrigenti ꝯ
ponderẽ ſcia. q. Mortariola aurea xij.
plena incenſo. decem ſiclos appendẽtia
ponderẽ ſcia. q. ſimul aurea ſicli. cxx.
Boues de armẽ in holocauſtum. ar
etes xij agni anniculi xij. et libamenta
eorum. hyrci pro pecco hoſtie pacificor
boues. xxiiij. arietes lx. hyrci lx. agni
anniculi lx. hec oblata ſunt in dedica
tione altaris quando unctum ẽ. Cũq;
ingrederetur moyſes tabernaculum
fœderis ut conſuleret oraculum. audiebat
uocem loquentis ad ſe de propitiatorio
quod erat ſuper archam teſtimonij inter
duos cherubyn. unde et loquebatur ei. et



Loquutuſq; ẽ dominus ad moyſen. dicẽs
Loquere ad aaron. et dices
ad eum. Cum poſueris lucernas. ſeptem labrum in hauſtrali par
te erigatur. Hec igitur precipe. ut lucerne
ꝯra boream eligione reſpiciant ad
menſam panum propoſitionis. Cont
eam partem quam candelabrum reſpi
cit. lucere debebunt. Fecitq; aaron et i
poſuit lucernas ſuper candelabrum. ſi
ut preceperat dominus moyſi. Erat aũt ex
factura candelabri. Et auro ductili. ti
medius ſtipes q; ſexta quecunq; ca
lamorum latere naſcebantur. Iuxta
exemplum quod oſtendit dñs moyſi.
ita operatus ẽ candelabrum. Et locutꝰ
ẽ dominus ad moyſen. dicens. Tolle
leuitas de medio filioꝝ iſrael. et pur
ificabis eos iuxta hunc ritum. Aſpergant

NUMERI

aqua luſtrationis. ⁊ radant oīs pilos
carnis ſue. Cumq; lauerint veſtimen
ta ſua. ⁊ mundati fuerint. tollent boue
de armento. ⁊ libamentum eius ſimilā
oleo ſpeciſum. Bouem aut alterum de
armento accipies pro peccato. ⁊ applicabit
leuitas coram tabernaculo federis. cō
uocata omni multitudine filiorum iſrael.
Cumq; leuite fuerint coram dño. po
nent filii iſrael manus ſuas ſuper eos
⁊ offeret aaron leuitas munus in cō
ſpectu dñi a filiis iſrael. ut ſint
in miniſterio eius. Leuite quoq; po
nent manus ſuas ſuper capita bou
equibo unum facies pro peccato. ⁊ alterū
in holocauſtum dño. ut depreceris
pro eis. Stabuntq; leuitas in ſpec
tu aaron ⁊ filiorum eius. ⁊ ſeparabis eos
oblatos dño. ac ſeparabis de medio
filiorum iſrael. ut ſint mei. ⁊ poſtea i
gredientur tabernaculum federis. ut mi
niſtrent michi. Sicq; purificabis. ⁊ ſe
parabis eos in oblationem dño. quia
dono donati ſunt michi a filiis iſrael.
Pro primogenitis qui aperiunt omnē
uuluam in iſrael. accepi eos. Mea ſunt
enim omnia primogenita filiorū iſrael.
tam ex hominibus q̄ ex iumentis. Ex
die quo percuſſi omne primogenitum
in terra egipti. ſanctificaui eos michi. Et
dedi leuitas pro omni primogenito fi
liorum iſrael. tradidiq; eos dono aaro
⁊ filiis eius. de medio populi. ut ſint
mei. Ne quando accedat populus ad ſanctua
rium. Fecerunt itaq; moyſes aaron ⁊ oīs
multitudo filiorum iſrael ſuper leuitis
que preceperat dominus moyſi. Pu
rificatiq; lauerunt veſtimenta
ſua. Et immolauit eos aaron in ſpectu
dñi ⁊ exoravit pro eis. ut purificati
ingrederentur ad officia ſua. in taber
naculum federis coram aaron ⁊ filiis
eius. Sicut preceperat dñs moyſi de leuitis. Locutuſq; eſt dominus ad
moyſen. dicens. Hec ſunt leuitarum
a xxv. annis ⁊ ſuperius ingredientur ut
miniſtrent in tabernaculo federis. Cū
q; quinquageſimum annum etatis
impleuerint. ceſſabunt. Nec ultra

miniſtrabunt fratribus ſuis in tabernaculo
federis. ut cuſtodiant quoq; ſibi fuerint
commendata. Opera aut ipa non faci
ant. Sic diſpones leuitas in cuſtodi
is ſuis.

VIIII

Locutus é dominus ad
moyſen in deſerto ſynai a
no ſecundo poſtq̄ egreſſi ſunt
de terra egipti. menſe pri
mo. dicens. Faciant filii iſrael phaſe
in tpe ſuo. xiiij. die menſis huius ad
veſperam. iuxta omnes ceremonias
⁊ iuſtificationes eius. Precepitq; moy
ſes filiis iſrael. ut facerent phaſe. qui
fecerunt tpe ſuo. xiiij die menſis ad
veſperam in monte ſynai. Iuxta
omnia que mandauerat dominus
moyſi. fecerunt filii iſrael. Ecce autē
quidam immundi ſuper anima hominis
qui non poterant facere phaſe die
illo. accedentes ad moyſen ⁊ aaron di
xerunt ei. Immundi ſumus ſuper a
nima hominis. Quare fraudamur
non valeamus offerre oblationem
domino in tpe ſuo. inter filios iſrael.
Quibus ait moyſes. State ut audiam
quid precipiat dominus de vobis. lo
cutuſq; é dominus ad moyſen dicēs.
Loquere filiis iſrael. Homo qui fuerit
immundus ſuper anima ſive in via pro
cul in gente tua. faciat phaſe domino
menſe ſecundo. xiiij die menſis ad veſpe
Cum azimis ⁊ lactucis agreſtibus.
comedent illud. Non relinquent ex
eo quicquam uſq; mane. ⁊ oſſa eius non
frangent. Omnem ritum phaſe ob
ſeruabunt. Siquis autem ⁊ immun
é ⁊ in itinere non fuit. ⁊ tamen non fe
cerit phaſe. exterminabitur anima illa de
populis ſuis. quia ſacrificium domi
no non obtulit tpe ſuo. Peccatum ſuum
ipe portabit. Peregrinus quoq; ⁊ ad
ueña ſi fecerit apud vos. faciet pha
ſe domino. iuxta ceremonias ⁊ iuſtifica
tiones eius. Preceptum idem erit ap
vos. tam ad ſene quam in peregrine. Ip
die qua erectum é tabernaculum. op
ruit illud nubes. A veſpere autem. ſu
per tectum erat quaſi ſpes ignis uſq;
mane. Sic fiebat ſemper. Per diem
operiebat illud nubes. ⁊ per noctē ſi

NUMERI

pro illis. Surgite et transite torrentem
arnon. ecce tradidi in manu tua seon re
gem esebon amorreum. et terram eius ince
pe possidere et commitere aduersus eos p
lium. hodie incipiam mittere terrorem
atq; formidinem tuam in populos q
habitant sub omni celo. ut audito no
mine paueant. et more parturientium
contremiscant. et dolore teneantur. Mi
si ergo nuntios de solitudine cedemoth
ad seon regem esebon. uerbis pacificis
dicens. Transibimus per terram tuam.
publica gradiemur uia. non declinabi
neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Ci
menta pretio uendere nobis et escam.
aquam pecunia tribue et sic bibemus. Tā
tum est ut nobis pedibus transitum. sicut
fecerunt filii esau qui habitant in seyr. et
moabite qui habitant in ar. donec uenia
ad iordanem. et transeamus terram quā
dominus deus noster dabit nobis. No
luitq; seon rex esebon dare nobis tran

dum. quia induraverat dominus deus
tuus spūm eius. et obfirmaverat cor illi
ut traderet in manus tuas sicut nunc
uides. Dixitq; dominus ad me. Ecce ce
pi tradere tibi seon et terram eius incipe pos
sidere eam. Egressusq; est seon obuiam
nobis cum omni populo suo ad pugnā
mesa. et tradidit eum dominus deus
nr nobis. Percussimusq; eum cū filiis
et omni populo suo. et cepimus urbes in tpō
illo cepimus. interfectis ex eis habitato
bz earum. uiris ac mulieribz et paruulis
non relinquimus in eis quicq; absq;
iumentis que in parte uenerunt predati.
et spoliis urbium quas cepimus. Ab aro
er que sita est super ripam torrentis arnon
oppido quod in ualle situm est usq; galaad.
et non fuit uicus et ciuitas que nos
effugere et manus. Omnes tradidit do
minus deus nr nobis. absq; terra filio
rum ammon. ad quam non accessimus
et cetera que iacent torrentis iaboch. et ur
bibz montanis uniuersisq; locis. ad quo
nos prohibuit dominus deus nr

IIII

Itaq; uersi ascendimus
pariter basan. Egressusq;
est og rex basan in occursū no
bis cum omni populo suo
ad bellandum in edrai. Dixitq; dñs
ad me. Ne timeas eum quia in manu
tua tradita est cum omni populo ac terra
sua. Facies ei sicut fecisti seon regi
amorreorum. qui habitat in esebon. et
Tradidit ergo dominus deus nr i ma
nibz nris. etiam og regem basan. cum
uniuersum populum eius. Percussimusq;
eos usq; ad interitionem. ita ut non
extaret ciuitas illius una tpōre. Non
fuit oppidum quod nos effugeret. Se
xaginta urbes omnē regionē argob
regem og in basan. Cuncte urbes erāt
munite muris altissimis. portisq; et
uectibz absq; oppidis innumeris que
non habent muros. et delemmus eos sicut
fecerāmus seon regi esebon. disper
tes omnē ciuitatem uirosq; ac mulie
res et paruulos. Jumenta autem et spo
lia urbium diripuimus. tulimusq; il
lo tpōre terram de manu duorum regū
amorreorum qui erant trans iordanē.
ad torrentē arnon usque mōtem syon

DEVTERO

uocant. ⁊ amoneí sunt. Omnes ciui
tates que site sunt in planitie. ⁊ in mi
sam terram galaad ⁊ basan usq; selch
⁊ edra ciuitates regni og in basan. So
lus quippe og rex basan residuus erat de
stirpe gigantum. Ad ostentandum lectus
eius ferreus qui est in rabbath filiorum
amon nouem cubitos habens longi
tudinis. ⁊ iiii. latitudinis ad mensuram
cubiti uiri manus. terramq; possi
dimus in tempore illo ab aroer que est
super ripam torrentis arnon. usq; ad
mediam partem montis galaad. ⁊ ciui
tates illius dedi ruben ⁊ gad. Reliquã
autem partem galaad ⁊ omne in regno
og. Cuncta basan uocabitur terra gi
gantum. Iabyr filius manasse possi
dit omnem regionem argob usq; ad
uallem messurí ⁊ machati. Vocauitq;
ex nomine suo basan. auoth iair usq;
ad uillam serr. usq; in presentem diem. ⁊
Machyr quoq; dedi galaad. ⁊ tribui
ruben ⁊ gad dedi terram galaad usq;
ad torrentem arnon. medium torren
tis ⁊ finium usq; ad torrentem iebot
qui est terminus filiorum amon. ⁊ pla
nitiem solimidonis atq; iordanem. ⁊
terminos cenereth. usq; ad mare de
serti. quod est salsissimum ad radices mon
tis phasga. ex ortu solis. Precepiq; ego
uobis in tempore illo dicens. Dominus
deus uester dabit uobis terram istam
in hereditatem. expediti precedite filios
uestros filii israel omnes uiri robusti. ab
sq; uxoribus ⁊ paruulis ac iumentis. ⁊
Noui enim quod plura habeatis pecora. ⁊
uobis remanere debebunt. quas ha
bui uobis. donec requiem tribuat
dominus fratribus uestris. sicut uobis ha
bet. ⁊ possideant etiam ipsi terram quã
datturus est eis transiordanem. Tunc
reuertetur unusquisq; in possessionem
suam quam dedi uobis. Iosue quoq;
precepi in tempore illo dicens. Oculi tui ui
derunt que fecit dominus deus uester
duobus regibus. sic faciet omnibus
regnis ad que transiturus es. Non ti
meas. dominus enim deus uester pugna
bit pro uobis. Precatusq; sum dñm
in tempore illo dicens. Domine deus tu
cepisti ostendere seruo tuo coram ma
gnitudinem tuã. manumq; fortissi
mam. nec enim est alius deus in celo ne
terra qui possit facere opera tua et fortitu
dines tuas. Transibo igitur ⁊ uide
bo terram hanc optimam trans iordanem
montem istum egregium ⁊ libanum.
Iratusq; dominus mihi propter uos
nec exaudiuit me. sed dixit mihi. Suf
ficiat tibi. nequaq; ultra loquaris de hac
re ad me. Ascende cacumen phasge. ⁊
oculos tuos circumfer ad occidentem ⁊
aquilonem. austrumq; ad orientem.
⁊ aspice necdum transibis iordanem
istum. Precipe iosue ⁊ corrobora eum
atq; conforta. quia ipse precedet populum
istum. ⁊ diuidet terram quam uisurus
es. Adamus itaq; in ualle contra phanũ
phagor.

Et nunc israel audi precepta
atq; iudicia docebo te. ⁊ fa
ciens ea uiuas. ⁊ ingrediens possideas
terram quam dominus deus
patrum uestrorum datturus est uobis. Non
addetis uerbum quod uobis loquor
⁊ auferetis ex eo. Custodite mandata
domini dei uestri. que ego precipio. ⁊
uobis. Oculi uestri uiderunt omnia quã
fecit dominus contra beelphegor. quo
omnes cultores eius de me
dio uestri. Vos autem qui adhesistis dño
deo uestro. uiuitis universi usq; in pre
sentem diem. Scitis quod docuerim
uos precepta atq; iustitias. sicut mã
dauit dominus mihi. sic facietis ea
terra quam possessum estis robustiores
et implebitis opere. Hec est enim uestra
sapientia ⁊ intellectus coram populis
ut audientes uniuersa precepta hec
discant. En populus sapiens ⁊ intel
ligens. gens magna. nec est alia natio
tam grandis que habeat deos appropin
quantes sibi sicut dominus deus nr
adest cunctis obsecrationibus uris. Que
est enim alia gens sic inclita que habeat
cerimonias iustasq; iudicia. ⁊ uniuersã
legem quam ego proponam hodie ante
oculos uestros. Custodi igitur semet
ipsum ⁊ animã tuam sollicite. ne oblui
scaris uerborum quae oculi tui uiderunt
⁊ ne exeedant de corde tuo cunctis diebus
uite tue. Docebis ea filios ac nepotes

tuæ diem in quo stetisti coram dño deo tuo in oreb. quando dominus locutus è mihi dicens. Congrega ad me populum ut audiat sermones meos. et discat timere me omni die quo uiuit in terra docatq; filios suos. Et accessistis ad radices montis qui ardebat usq; celum. erantq; in eo tenebre nubes et caligo. Locutusq; è dñs ad uos de medio ignis uocem uerborum eius audistis. et formam penitus non uidistis. ostendit pactum suum quod precepit ut faceretis. et decem uerba que scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mandauit illo tempore ut docerem uos. et cerimonias et iudicia que facere deberetis in terra quam possessuri estis. Custodite igitur solicite animas uras. non uidistis aliquam similitudinem die qua locutus est dominus in oreb de medio ignis. ne forte faciatis decepti uobis sculptam similitudinem aut ymaginem masculi uel femine. Similitudinem omnium animantium que sunt super terram uel auium sub celo uolantium. atq; reptilium que mouentur in terra. siue piscium qui sub terra morantur. Iaq; ne forte oculis eleuatis ad celum. uideas solem et lunam et omnia astra celi et decipi errore adores et colas ea quæ creauit dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus que sub celo sunt. Vos autem tulit dominus et eduxit de fornace ferrea egipti. ut haberet populum hereditarium sicut est in presenti die. Iratusq; è dominus propter me propter sermones uanos. iurauit ut non transirem iordanem nec ingrederer terram optimam quam daturus è uobis. Ecce morior in hac humo. non transibo iordanem. uos transibitis et possidebitis terram egregiam. Cauete igitur ne forte obliuiscamini pactum dñi dei uestri quod pepigit uobiscum. et faciatis uobis sculptam ad similitudinem eorum que fieri deus prohibuit. quia dñs deus tuus ignis consumens è. deus emulator. Si genuerint filios ac nepotes et morati fuerint in terra decepti q; feceritis uobis aliquam similitudinem. patrantes malum co

ram domino deo uro. ut eum ad iracundiam prouocetis. testes uocabo hodie celum et terram. cito perituros uos ex de terra transito iordane cui possessui estis. Non habitabitis in ea longo tempore. sed delebimini uos dominus. atq; disperget omnes gentes. et remanebitis pauci in nationibus ad quas uos ducet dñs. et ibi seruietis dijs qui ab hominum manu fabricati sunt. Ligno et lapidi qui non uident non audiunt non comedunt non odorant. Cumq; quæsieris ibi dominum deum tuum. inuenies eum. Si tamen toto corde quæsieris et tota tribulatione animæ tuæ. et postq; inuenerit te omnia mala que predicta sunt. in nouissimo autem tempore reuertens ad dñm deum tuum et audies uocem eius. quia dñs deus tuus misericors è. Non dimittet te. nec omnino delebit. neq; obliuiscetur pactum quod iurauit patribus tuis. Interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante te. ex die quo creauit deus hominem super terram. a summo celi usq; ad summum eius. Si facta è aliquando huiusce modi res. aut unquam cognitum è. ut audiret populus uocem domini dicentis de medio ignis. sicut tu audisti. et uixisti. Si fecit deus ut ingrederetur et tolleret sibi gentem de medio gentium per temptationes signa atq; portenta per pugnam et robustam manum et extentum brachium. et horribiles uisiones uirtutes omnia que fecit pro uobis deus uester in egipto uidente te oculis tuis. Et scires quoniam dñs ipse è deus. et non è alius preter eum. De celo fecit te audire uocem suam ut doceret te. et in terra ostendit tibi ignem suum maximum. Et audisti uerba illius de medio ignis. quia dilexit patres tuos. et elegit semen eorum post eos. Eduxitq; te presente in uirtute sua magna ex egipto. ut deleret nationes maximas et fortiores in introitu tuo. et introduceret ut daret tibi terram eorum in possessionem. sicut cernis hodie. Scito ergo hodie et cogita in corde tuo q; dñs ipse sit deus in celo sursum et in terra deorsum. et non sit alius. Custodi precepta eius atq; mandata q

DEVTERO

ego p̄cipio tibi hodie. ut bene sit tibi
7 filijs tuis post te. 7 p̄maneat multo
tempore sup̄ terram. quam dominus
deus dabit tibi. Tunc segregauit moy
ses tres ciuitates trans iordanē ad ori
entalem plagam. ut effugiat ad eas. qui
nolens occiderit p̄ximum suum. nec
fuerit inimicus ante ūnum 7 alterum
die 7 ad harum urbium aliquā possit c
uadere. Eo⁹ in solitudine que sita ē in
terra campestri de tribu ruben. Et ram
oth in galaad. que ē in tribu gad. 7 gol
an basan. que ē in tribu manasse. Ista ē
lex quam p̄posuit moyses coram filijs
israel. 7 hec testimonia 7 cerimonias atq;
iudicia que locutus ē ad filios israel.
quomodo egressi sunt de egipto trāsior
danem montes 7 planum. p̄ legore in
terra seon regis amorrei qui habitabat
in esebon. quem percussit moyses. Cuius
quoq; israel egressi de egipto. possiderūt
terram eius. 7 terram og regis basan duo
rum regum amorreorum qui erant
trans iordanem ad solis ortum ab aro
er que sita ē super ripam torrentis arnon.
usq; ad montē seon qui est cedron.
Omnem planitiem trans iordanem ad
orientalem plagam usq; ad mare soli
tudinis 7 usq; ad radices montis phas
ga.

VOcauit moyses omnem
israelem. 7 dixit ad eum. A
udi israel cerimonias at
q; iudicia. que ego loquor
in auribus tuis hodie. discite ea. 7 opere
plemini. Dominus deus n̄r pepigit nob
cum fedus in oreb. non cum p̄ribus n̄ris
inuit pactum. sed nobiscum qui in p̄sen
tia sumus. 7 uiuimus facie ad faciem
locutus ē nobis in monte de medio ig
nis. Ego sequester 7 medius fui in
ter illum 7 uos in tp̄e illo. ut annuntiarem
uobis uerba eius. Timuistis enim ig
nem 7 non ascendistis montem. 7 ait. Ego sū
dominus deus tuus qui eduxi te de ter
ra egipti. de domo seruitutis. nec habebis deos
alienos in cōspectu meo. Non facies tibi
sculptile. nec similitudinem omnium
que in celo sunt desup̄ 7 que in terra
deorsum. 7 que uersantur in aquis sub
terra non adorabis ea. 7 non coles. Ego

enim sum dominus deus tuus emula
tor. reddens iniquitatem p̄um super fi
lios in tertiam 7 quartam generationes
his qui oderunt me. 7 faciens miam i
multis milia diligentibus me. 7 custodi
tibus p̄cepta mea. Non usurpabis nomen
dei tui frustra. quia non erit impunitus
qui super uana nomen eius assumpserit.
Obserua diem sabbati. ut sanctifices eum
sicut p̄cepit tibi dominus deus tuus.
sex diebus operaberis. 7 opera tua facies.
omnia. Septimo die sabbati ē. requies
domini dei tui. Non in eo quicq; operis
tu 7 filius tuus 7 filia tua. seruus tuus 7
ancilla tua. asinus 7 bos 7 omne iumen
tum. 7 peregrinus qui ē intra portas
tuas. ut requiescat seruus 7 ancilla tua si
cut tu. Memento q; 7 ipse seruieris in
egipto 7 eduxerit te inde dominus deus tuus in
manu forti 7 brachio extento. propterea p
cepit tibi. ut observes diem sabbati. Ho
nora patrem tuum 7 matrem. sicut p̄cep
tibi dominus deus tuus. ut longe uita
tua sit. 7 bene sit tibi in terra. quā dabit
deus tuus datturus es tibi. Non occides.
non mechaberis. furtum q; non facies.
nec loqueris contra proximum tuum falsum
testimonium. Non concupisces uxorem p
rimi tui. non domum non agrum non
seruum non ancillam. non bouem non
asinum. 7 uniuersa que illius sunt. Hec
uerba que locutus ē dominus ad om
nem multitudinem uestram in monte de medio
ignis 7 nubis. 7 caliginis uoce magna.
nichil addens amplius. 7 scripsit ea in
duabus tabulis lapideis quas dedit
michi dominus. Vos autem postq; audi
stis uocem de medio tenebrarum. 7 mon
tem ardere uidistis. Accessistis ad me
omnes principes tribuum 7 maiores
natu atq; dixistis. Ecce ostendit nob
dominus deus n̄r maiestatem 7 magnitudinem
suam. Vocem eius audiuimus
de medio ignis. 7 probauimus hodie
q; loquente deo cum homine uiuere
homo. Cur ergo moriemur. 7 deuora
bit nos ignis hic maximus. Si enim
audierimus ultra uocem domini dei
n̄ri. moriemur. Quid ē omnis caro ut
audiat uocem domini uiuentis. qui
de medio ignis loquitur sicut nos au

dimus t possit nocere. Tu magis
accede. t audi cta que dixerit dominus
deus ni tibi. Loqueris ad nos. t nos
audientes faciemus ea. Quod cum
audisset dominus. ait ad me. Audi
uocem uerborum populi huius que
locuti sunt tibi. Bene omnia sunt
locuti. Quis det talem eos here mentem
ut timeant me. t custodiant cta man
data mea in omni tempore. ut bene sit
eis. t filiis eorum in sempiternum. Va
de t dic eis. Reuertimini in tentoria
ura. Tu uero hic sta mecum. t loquar
tibi omnia mandata t cerimonias atq;
udicia. que docebis eos. ut faciant ea
in terra quam dabo eis in possessionem
Custodite igitur t facite que precepit
dominus deus uobis. non declinabi
tis ad dexteram uel ad sinistram. Si per
uiam quam precepit dominus deus
uester. ambuletis t uiuatis. t bene sit
uobis. t prolongetis dies uri in terra
possessionis ure.

VI

Hec sunt precepta t cerimo
nie atq; udicia que mandauit dominus deus uester.
ut doceam uos t faciatis ea
in terra ad quam transgredimini ad
possidendam. ut timeas dominum dei
tuum. t custodias omnia mandata et
precepta eius. que ego precipio tibi.
t filiis ac nepotibus tuis. cctis diebus uite
tue. ut prolongentur dies tui. Audi
israel t obserua que precepit tibi dns
t bene sit tibi. t multiplicemini ampliꝰ
sicut pollicitus e dominus deus pa
trum tuorum tibi terram lacte t melle ma
nantem. Audi israel. dominus deus
ni. deus unus e. Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo. t ex tota
anima tua. t ex tota fortitudine tua. E
runtq; uerba hec que ego precipio tibi
hodie in corde tuo. t narrabis ea filiis
tuis. t meditaberis sedens in domo tua.
t ambulans in itinere dormiens atq;
surgens. et ligabis ea quasi signum
in manu tua. Eruntq; t mouebuntꝰ
ante oculos tuos scribesq; ea in limine
t ostijs domus tue. Cumq; introdu
xerit te dominus deus tuus in terram
pro qua iurauit patribus tuis abraam y
saac t iacob. t dederit tibi ciuitates ma
gnas. t optimas. quas non edificasti.
domus plenas cctarum opum quas
non congregasti. cisternas quas non fo
disti. uineta t oliueta que nō plantasti
t comederis t saturatus fueris. cauē
diligenter ne obliuiscaris dei tui que
duxerit te de terra egipti de domo seruitu
tis. Dominum deum tuum timebis.
tibi soli seruies ac per nomen illius iu
rabis. Non ibitis post deos alienos ex
cctarum gentium que in circuitu uro
sunt. quoniam deus emulator dns
deus tuus in medio tui. Ne quando ira
scatur furor domini dei tui contra te
auferat te de superficie terre. Non tēp
tabis dominum deum tuum. sicut tē
ptasti in loco temptationis. Custodi
precepta domini dei tui. testimonia.
t cerimonias quas precepit tibi. t fac
quod placitum e t bonum in conspectu
dni ut bene sit tibi. t ingressus possi
deas terram optimam de qua iurauit pa
tribus tuis. ut deleret omnes inimicos
tuos coram te sicut locutus e. Cum i
terrogauerit te filius tuus cras dicens.
Quid sibi uolunt testimonia hec. et
cerimonie atq; udicia. que precepit
dominus deus ri nobis. Dices ei. t
Seruiebamus pharaoni in egipto. t
eduxit nos dominus de egipto in ma
nu forti. Fecitq; signa atq; prodigia
magna t pessima in egipto contra pharaonem. t omnē domum illius in conspectu
nro. t eduxit nos inde. ut introducens
daret terram super qua iurauit patri
bus nris. Precepitq; nobis dominus. ut
faciamus omnia legitima hec. t time
amus dm deum nrum. t bene sit nō
cunctis diebus uite nre sicut est hodie. t
Erimusq; nri misericors. si custodierimus
t fecerimus omnia precepta eius coram
domino deo nro. sicut mandauit dns
nobis.

VII

Dum introduxerit te dns de
us tuus in terram quam possessurus
ingrederis t deleuerit gē
tes multas coram te. et hetheum
t gergeseon. t amorreum t chananeum
t pherezeum t euheum. t iebuseum. sep
tem gentes multo maiores numero t

DE VERO

qs nr es. ↄ robustiores te. Timoret
qs eas dominus deus tuꝰ. pcedn
es eas usqꝫ ad interitionē. Non mi
bis cum eis fedus nec miserebris ea
rum. neqs sociabis cum eis coniugia
filiam tuam non dabis filio eius. nꝰ
filiam illius accipies filio tuo quia se
ducet filium tuum nec sequant me.
ↄ magis seruiat deis alienis. ↄ ascen
qs furor domini ↄ celebret te cito. Qui
potius hec faciens eis aras eorum sub
uertite. ↄ frangite statuas. lucos qꝫ
succidite. ↄ sculptilia ignibus cremate. quia
populus sctus es domino deo tuo. Te
elegit dominus deus tuus. ut sis ei
populus peculiaris de cunctis populis q
sunt sup terram. Non quia cteras
gentes numero uincebatis uos. i
unus cuiusq dominus elegit uos cui
omnibus sitis populus pauciores. si qa
dilexit uos dominus ↄ custodiuit iu
ramentum quod iurauit patribus uris.
Eduxitqs uos in manu forti. ↄ redemit
de domo seruitutis. de manu pharaonis
regis egypti. Et scies quia dominus
deus tuus fortis ↄ fidelis. custodiens
pactum ↄ miam diligentibus se. ↄ his
qui custodiunt precepta eius in mille
generationes. Et reddens odientibus
se statim ita ut disperdat eos ↄ ultra nō
differat protinus eis retribuens quod
meruerunt. Custodi ergo precepta ce
remonias atqs iudicia que mando tibi
hodie ut facias. Si postqꝫ audieris
hec iudicia mea. ↄ custodieris ea ↄ fece
ris custodiet dominus deus tuus pactū
tibi. ↄ miam quam iurauit patribus tuis. ↄ
diligere te. ac multiplicabit. benedicet
qs fructui uentris tui. ↄ fructui terre tue.
frumento tuo atqs uindemie. oleo. ↄ ar
mentis gregibus ouium tuarū super ter
ra pro qua iurauit patribus tuis ut daret ea
tibi. Benedictus eris inter omnes pplos
Non erit apud te sterilis utriusqs sexꝰ.
tam in hominibus qꝫ in gregibus tuis. Au
feret a te dominus omnem langorem
ↄ infirmitates egipti pessimas quas
nouisti non inferet tibi. sed cunctis hosti
bus tuis. Deuorabis omnes populos qs
dominus deus tuus datturus est. ↄ nō
parcet eis oculus tuus. nec seruies dijs
eorum. ne sint in ruinam tui. Si dix
ris in corde tuo. plures sunt gentes i
ste qꝫ ego. quomō potero delere eas.
Noli metuere. sed recordare que fecerit
dominus deus tuus pharaoni ↄ cūc
egiptijs plagis maximas. quas uidi
sti oculis tuis. signa atqs portenta.
manumqs robustam. ↄ extentum bra
chium. ut reduceret te dominus deus
tuus. Sic faciet cunctis populis quos ti
metuis. Insuper ↄ crabrones mittet
dominus deus tuus in eis. donec dele
at omnes. atqs desperatis qui te fuge
rint latere non poterunt. Non timeb
eos. quia dominus deus tuus in me
dio tui est. Deus magnus ↄ terribilis ipse
consumet nationes has in conspectu tuo.
atqs per partes. Non poteris delere eas
pariter. ne forte multiplicentur bestie ter
re tibi. Dabitqs eas dominus deus
tuus in conspectu tuo. ↄ interficiet illas.
donec penitus deleantur. Tradetqꝫ
eorum in manus tuas. ↄ disperdes no
mina eorum sub celo. Nullus poterit
resistere tibi. donec terras eas. Sculp
tilia eorum igne combures. Non cupi
sces argentum ↄ aurum de quibus facta
sunt. neqs assumes ex eis quicqꝫ tibi.
ne offendas ppter ea. quia abhominatio
est domini dei tui. Nec inferes quippiā
ex uolo in domum tuam. ne fias ana
thema. sicut illud est. Quasi spurcitiā
detestabere. ↄ quasi stercus ac sordes abhominationi habebis. quia
anathema est.

VIII

Omne mandatum qđ ego
precipio tibi hodie. cauē
diligenter ut facias. ut
possitis uiuere ↄ multipli
cemini. ingressiqs possidere terras
pro qua iurauit dominus patribus
Et recordaberis cuncti itineris per quod
adduxit te dominus deus tuus. xl an
nis per desertum. ut affligeret te atqs
temptaret. ↄ notа ficeret que in animo
tuo uersabantur. utrum custodires
mandata eius an non. Affixit te penu
ria. ↄ dedit tibi cibum manna. quod ig
norabas tu ↄ patres tui. ut ostenderet
tibi. qꝫ non in solo pane uiuit homo.
sed in omni uerbo quod egreditur ex o

NVMIVM

ce dominum. Vestium tuum aium operiebat
us. nequaq̃ uetustate defecit. ꝛpes tu
us non ē subtritus. en quadragesim⁹
annus ē. ut ꝛcogites in corde tuo. qa
sicut homo ēruit filium suum: sic dñs
deus tuus eruuit te. ut custodias ꝛ
mandata dñi dei tui. ꝛambules i
uijs eius. ꝛtimeas eum. Dominus ei
deus tuus introducet te in terꝝ bona.
tiam riuorum aquarꝝq; ꝛ fontium. in
cuius campis ꝛmontibꝰ erumpunt ꝛ
fluuioꝝ abyssi. tram frumti ordei ꝛ tu
ncarum. in qua ficus ꝛ malagranata
ꝛ olueta nascuntur. tram olei ac mell⁹
ubi absq; ulla penuria comedes panē
tuum. ꝛ rerum omniū habundantia pfru
eris. cuius lapides ferrum sunt. ꝛ de
montibꝰ eius eris metalla fodiuntur.
ut cum comederis. ꝛ saturatus fueris ꝛ
benedicas dño deo tuo pro terra ꝛ
optima quam dedit tibi. Obserua er
caue. ne quando obliuiscaris dñm
dei tui. ꝛ negligas mandata eius atq;
iudicia. ꝛ cerimonias quas ego pcipio
tibi hodie. ne postq̃ comederis. ꝛ sa
turatus fueris. ꝛ domos pulchras edifica
ueris. habitaueris in eis. habuerisq; armẽ
ta ꝛ ouium gregꝫ. argenti ꝛ auri abun
dantiam q; rerum copiam. eleuetur cor tu
um. ꝛ non reminiscaris dñi dei tui
qui eduxit te de tra egipti. de domo ser
uitutis. Et duxerit te per solitudinem
magnam. atq; terribilem. in qua erat
serpens flatu adurens ꝛ scorpio ac dipsas. ꝛ nullus omnino aque. Qui eduxit
tibi de petra durissima. ꝛ cibauit te
manna in solitudine. quod nescierunt
patres tui. Et postq̃ afflixerit ac proba
uerit. ad extremum misertus ē tui. ne di
cas in corde tuo. fortitudo mea ꝛ robur
manus mee. hec omnia michi prestiterunt. sed recorderis dñi dei tui. q
ipse tibi uires prebuerit. ut impleret
pactum suum. super quo iurauit pri
bus tuis. sicut presens indicat dies. Si
autem oblitus dñi dei tui secutus
fueris deos alienos. coluerisq; illos ꝛ
adoraueris. ecce nunc predico tibi q
omnino disperibis. Sicut gentes q̃s
delebit dominus in introitu tuo. ita
ꝛ uos peribitis si inobedientes fueritis

uoci dñi dei tui.

Audi israel. Tu hodie transgredi
eris iordanem. ut possideas nationes maximas
ꝛ fortiores te. ciuitates ingẽ
tes. ꝛ ad celum usq; munitas populum
magnum ꝛ sublimem. filios enacim. quos
ipse uidisti ꝛ audisti. quibus nullus
potest aduersus ire resistere. Scies ergo hodie. q dominus deus tuus ipse trãsibit
ante te. ignis deuorans atq; consumẽs.
qui conterat eos ꝛ delebit atq; disperdet ante faciem tuam uelociter. sicut locu
tus est tibi. Ne dicas in corde tuo cum ꝛ
deleuerit eos dominus deus tuus in co
spectu tuo. propter iustitiam meam introduxit me dominus ut terrã hanc possiderem. cum propter impietates suas ꝛ
ste delete sint nationes. Neq; enim pp̃
iustitias tuas. ꝛ equitatẽ cordis tui ingrꝝ
dieris terras earum. sed quia ille egerit impie. ꝛ ut implere sermonem suum dñs quod sub
uirando pollicitus est patribus tuis. abraã
ysaac ꝛ iacob. Scito igitur q̃ non propter
iustitias tuas dederit tibi dominus ter
ram hanc optimam in possessionem. cum durissime cernuis sis pplꝰ.
Memento ne obliuiscaris quomodo
ad iracundiam prouocaueris dominum
deum tuum. in solitudine. ꝛ ex eo die
quo egressus es ex egipto usq; ad locum
istum. semper aduersus dñm egisti. Nam ꝛ in oreb prouocasti eum. ꝛ ualde
delere te uoluit. Quando ascendi in
montem ut acciperem tabulas lapi
deas. tabulas pacti quod pepigit nobis
cum dñs. Et perseueraui in monte
xl. diebus ac noctibus. panem non come
dens ꝛ aquam non bibens. Deditq; mihi dñs duas tabulas lapideas
scriptas digito dei. ꝛ continentes uerba
omnia. que uobis in monte locutus
est de medio ignis. quando pcio populi
congregata est. Cumq; transissent xl. di
es ꝛ totidem noctes. dedit michi duas tabulas lapideas. tabulas fede
ris. Dixitq; michi. surge descende ꝛ
hinc cito. quia populus tuus quem
eduxisti de egipto deseruit uiam quam
citius mandasti eis. fe

DEVTERO

ceruntq; sibi oflatile. Hursumq; aut
tomunus ad me. Dicto q' populus iste
dure cervicis sit. Dimitte me ut conteri
cum. t deleam nomen eius de sub celo
t constituam te super gentem. que hac ma
ior t fortior sit. Cumq; de monte arden
te descenderem. t duas tabulas fœdꝰ
ris utriq; teneirem manu. uidissemq; uo
peccasse domino deo uro. t fecisse uobis
metipsum oflatilem ac destruisse uelocit
tatem eius. quam uobis ostenderat. p
icci tabulas de manibꝰ meis. t confregi q;
eas in conspectu uro. Et procidi ante dñm
sicut prius xl. diebꝰ t noctibꝰ panem t
non comedens t aquam non bibens.
propter omnia peccata tua. que gessistis co
tra dominum. t eum ad iracundiam prouo
casti. Timui enim indignationem t
iram illius. quas aduersus uos exercit
delere uos uoluit. Et exaudiuit me dñs
etiam hac uice. Aduersus aaron quoq;
uehemẽter iratus uoluit eum conterere.
t pro illo similiter deprecatus sum. Pec
catum autẽ uestrum quod feceratis. i. ui
tulum arripiens igni obussi. t in fruste
minuens. omino quoq; in puluerem re
digens. proieci in torrentẽ qui de mon
te descendit. In incendio quoq; t tẽ
tatione t in sepulcris concupiscentie pro
uocastis dñm. t quando misit uos de
cades barne dicens. Ascendite t possi
dete terram. quam dedi uobis. Et cõ
tempsistis imperium domini dei uri t
non credidistis ei. neq; uocem eius au
dire uoluistis. sed semper fuistis rebelles
a die qua nosse uos cepi. t iacui coram
domino xl. diebꝰ t xl. noctibꝰ. quibꝰ eũ
suppliciter deprecabar ne deleret uos.
ut fuerat comminatus. Et oraui dicens.
Domine deus ne despicias populum
tuum t hereditatem tuam. quam re
demisti in magnitudine tua. quos e
duxisti de egipto in manu forti. Recor
dare seruorum tuorum. abraam ysaac
t iacob. Ne aspicias duritiã populi hu
ius. t impietatem atq; peccatum.
ne forte dicant habitatores terre de qua
eduxisti nos. non poterat dominus in
troducere eos in terram quam pollici
tus est eis. t odit eum. Propter eo eduxit
ut interficeret in solitudine. qui sunt
populus tuus t hereditas tua. quos edu
xisti in fortitudine tua magna. t in bra
chio tuo extento. X

In tempore illo dixit dñs
ad me. Dola tibi duas ta
bulas lapideas. sicut pri
mas fuerunt. t ascende ad
me in montẽ. Et facies tibi archam ligneã
t scribam in tabulis. uerba que fuerunt
in his. quas ante confregisti. ponesq; e
as in archa. Feci igitur archam de li
gnis setthim. Cumq; dolassem duas
tabulas lapideas ad instar priorum.
ascendi in montem hinc eas in manibꝰ
Scripsitq; in tabulis. iuxta quod pri
us scripserat. x uerba que locutus est
dominus ad nos in monte in medio ignis
quando populus congregatus est. t dedit e
as michi. Reuersusq; de monte de
scendi t posui tabulas in archam quas
feceram. que huc usq; ibi sunt. sicut mi
precepit dominus. Filii autẽ israel cast
monuerunt de puteo filiorum iaacan
in moseram. ubi aaron mortuus ac sepul
tus est. pro quo sacerdotio fungatur eleaz
ar filius eius. Inde uenerunt in galgad.
De quo loco profecti. castrametati sunt
in gethsabatha. in terra aquarum atq;
torrentium. Eo tpe separauit tribum
leui. ut portaret archam fœderis dñi.
t staret coram eo in ministerio. ac bene
diceret in nomine illius usq; in pñtem
diem. Quam obrem non habuit leui pte
neq; possessionem cum fratribus suis. qui
pe dominus possessio eius est. sicut pro
misit ei dominus deus tuus. Ego aut
steti in monte sicut prius xl. diebꝰ ac t
xl. noctibꝰ. Exaudiuitq; me dominus
etiam hac uice. t te perdere noluit. Dix
itq; michi. Vade t precede populum. ut
ingrediatur t possideat terram. quam
iuraui patribꝰ eorum ut tradarem eis. Et
nunc israel quid dominus deus tuus
petat a te. nisi ut timeas dominũ deum
tuum. t ambules in uiis eius. t diligas
eum ac seruias dño deo tuo. in toto cor
de tuo t in tota anima tua. custodiasq;
mandata domini dei tui. t cerimonias
eius quas hodie precipio ut bene sit tibi.
En domini dei tui celum est. t celi ce
li t omnia que in ea sunt. t in pribus

DEVTERO

ꝛ dilatauerit te dominus deus tuus in terram ad quam pergis habitandam. pones benedictionem super montē garizim. maledictionem hebal. qui sunt trans iordanem post viam que uergit ad solis occubitum. in terra chananei. qui habitat in campestribus. contra galgalā que ē iuxta uallem tendentē ꝛ iuxta montem procul. Vos uero transibitis iordanem. ut possideatis terram quam dominus deus uester dat uobis. ꝛ habeatis ꝛ possideatis illam. Facite ergo ut impleatis ceremonias atq; iudicia que ego hodie ponam in conspectu uestro.

XII

Hec sunt precepta atq; iudicia que facere debetis in terra quam dominus deus patrum tuorum dat tibi ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradiemini. Subuertite omnia loca in quibus colluerunt gentes quas possessuri estis deos suos super montes excelsos ꝛ colles. ꝛ subter omne lignum frondosum. Dissipate aras eorum. ꝛ confringite statuas. lucos igne cōburite. ꝛ sculptilia deorum comminuite. ꝛ disperdite nomina eorum de locis illis. Non facietis ita domino deo uestro. sed ad locum quem elegerit dominus deus uester de cunctis tribubus uestris. ut ponat nomen suum ibi. ꝛ habitet in eo. Veniens offeretis in illo loco holocausta ꝛ uictimas uestras. decimas ꝛ primitias manuum uestrarum ꝛ uota atq; donaria. primogenita boum ꝛ ouium. Et comedetis ibi in conspectu domini dei uestri. ac letabimini in cunctis ad que miseritis manum uos ꝛ domus uestre. in quibus benedixerit uobis dominus deus uester. Non facietis ibi que nos hic facimus hodie. singuli quod sibi rectum uidetur. Nequdum enim usq; ad presens ingressi estis requiem ꝛ possessionem. quam dominus deus noster dabit nobis. Transibitis iordanem ꝛ habitabitis in terra quam deus uester dabit uobis. ut requiescatis ab cunctis hostibus per circuitum ꝛ absq; ullo timore habitetis in loco quem elegerit dominus deus uester. ut sit nomen eius in eo. Illuc omnia que precipio offeretis. holocausta ꝛ hostias. ac decimas ꝛ primitias manuum uestrarum. ꝛ quicquid pręcipuum ē in muneribus que uouerit domino. Epulabimini coram domino deo uestro. uos ꝛ filii. ac filie uestre. famuli ꝛ famule atq; leuites. qui habitant intra portas uestras. Neq; enim habet aliam partē ꝛ possessionem inter uos. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem uideris. sed in eo quem elegerit dominus in una tribuum tuarum offeras hostias. ꝛ facies quecunq; precipio tibi. Si autem comedere uoluerit. ꝛ te esse carnium delectauerit. occide ꝛ comede iuxta benedictionem domini dei tui. q̄ dedit tibi in urbibus tuis. Sue immundus fuerit. hoc ē maculatum ꝛ debile. sive mundum hoc ē integrum. ꝛ sine macula quod offerri licet. sicut capream ꝛ cervum comedes. absq; esu duntaxat sanguis. quem super terram. quasi aquam effundes. Non poteris comedere in oppidis tuis. decimas frumenti uini ꝛ olei tui. primogenita armentorum ꝛ pecorum. ꝛ omnia que uoueris ꝛ spōte offerre uolueris. ꝛ primitias manuum tuarum. Sed coram domino deo tuo comedes ea in loco quem elegerit dominus deus tuus. tu ꝛ filius tuus ac filia tua ac famula atq; leuites qui manet in urbibus tuis. Et letaberis ac reficieris coram domino deo tuo in cunctis ad que extenderis manum tuam. Caue ne derelinquas leuitē omni tempore quo uixeris in terra. Quando dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos sicut locutus est tibi. ꝛ uoluerit uesci carnibus quas desiderat anima. Locus autē quem elegerit dominus deus tuus. ut sit nomen eius ibi. si procul fuerit. occides de armentis ꝛ pecoribus que habueris. sicut precepi tibi. ꝛ comedes in oppidis tuis. ut placeat tibi. Sicut comeditur capra ꝛ cervus. ita uesceris eis. ꝛ mundus ꝛ immundus in commune uescentur. hoc solum cauē ne sanguinē comedas. Sanguis enim eorum pro anima est. ꝛ idcirco non debes animā comedere cum carnibus. sed super terram fundes quasi aquam. ꝛ bene sit tibi ꝛ filiis tuis post te. cum feceris quod placet in conspectu domini.

NVMIVM

Que aute scificaueris tuoueris dño
tolles tuenes ad locum quem elegit
dominus. tofferes oblationes tuas.
carnes tsanguinem. super altare dñi
dei tui. Sanguinem hostiarum fun
detis in altari. carnib; autem ipe uesce
ris. Obserua taudi omnia que ego t
precipio tibi. ut bene sit tibi tfilijs tuis
post te in sempiternum. cum feceris qđ
bonum è tplacitum in ospectu domini
dei tui. Quando disperdiderit domin
deus tuus ante faciem tuam gentes
ad quas ingrediens possidendas. tpos
sederis eas. atq; habitaueris in terra
caue ne imitteris eas. postq; fuerint te
in ruinam subuerse. tnequiras cerimo
nias earum dicens: sicut colluerunt
gentes iste deos suos ita tego colam.
Non facias similiter dño deo tuo.
Omnes enim abhominationes quas
odiuerunt dominus fecerunt dijs su
is. offerentes filios tfilias tobuncies
igni. Quod precipio tibi hoc tantus
facito domino. nec addas quicq; nec
minuas.

Si surrexerit in medio tui
propheta. aut qui somnium
dicat se uidisse. tpdixerit
signum atq; portentum.
tuenerit quod locutus è. tdixerit t
camus tsequamur deos alienos quos
ignorasse tseruiamus eis. non audies
uerba prophe illius. aut somniatoris
quia temptat uos dominus deus ue
ster palam fiat utrum diligatis eum an
non. in toto corde tin tota anima ue
stra. Dominum deum uestrum sequemini. tip
timebitis. mandata illius custodite. et
audite uocem eius. Ipi seruietis tipi
adherebitis. Propheta autem ille aut
fictor somniorum interficietur. quia
locutus è ut auerteret uos a domino
deo uro. qui eduxit uos de terra egipti
tredemit uos de domo seruitutis. ut er
rare te faceret de uia quam precepit t
dominus deus tuus. tauferes malum
de medio tui. Si tibi uoluerit persua
dere frater tuus filius matris tue. aut
filius tuus. uel filia tua. siue uxor que
è in sinu tuo. aut amicus que è diligis
ut animam tuam clam dicens. eamus

tseruiamus dijs alienis quos tu tpres
tui xtarum in circuitu gentium. que
uicina uel procul sunt ab initio usq; ad
finem terre. non acquiescas et nec au
dias. neq; parcat ei oculus tuus. ut t
misereris toccultes eum. sed statim in
ficies. Sit prius manus tua super eum
tpostea omnis populus mittat manum.
Lapidibus obruetis necabitur. quia uo
luit te abstrahere a domino deo tuo. q
eduxit te de terra egipti de domo ser
uitutis. ut omnis israel audiens timeat.
nec ultra quicq; ultra faciat quippiam
huius rei simile. Si audieris in una
urbium tuarum quam dominus deus
tuus dabit tibi ad habitandum. dicentes
aliquos. Egressi sunt filij belial de me
dio tui. tauerterunt habitatores urbis
tue atq; dixerunt. eamus tseruiamus
dijs alienis quos ignoratis. quare t
solicite tdiligenter rei ueritate perspe
cta. si inueneris certum sit quod dicit.
tabhominatione hanc operte perpe
tratam. statim percuties habitatores urbis il
lius in ore gladij tdelebis eam. omiaq;
que in illa sunt. usq; ad pecora. Quic
quid etiam supellectilis fuerit. congrega
bis in medio platee earum eius. tcum ipa ci
uitate succendes. ita ut uniuersa consu
mas domino deo tuo. tsit tumulus sempi
ternus. Non edificabitur amplius. tnō
adherebit de illo anathematis quicq;
in manu tua. ut auertatur dominus t
ab ira furoris sui. tmisereatur tui. mul
tiplicetq; te. sicut iurauit patribus tuis
quando audieris uocem domini dei tui.
Custodiens omnia precepta eius. q
precipio tibi hodie. ut facias quod pla
citum è in ospectu domini dei tui.

Filij estote domini dei uestri.
Non uos mutetis. nec faciet
is calumniam super mortuo.
quia populus sanctus es domino
deo tuo. tte elegit ut sis ei in populus
peculiarem de cunctis gentibus que sunt
super terram. Ne comedatis que immun
da sunt. Hec è animal quod comedere
debetis. bouem touem tcapram. tce
uum. capreum. bubalum. tragelaphum
picargon. orygem. camelo. pardulum.
Omne animal quod in duas partes

ungulam findit rumiat comedetis.
De his autem que rumiant. rungu
lam non findunt. hec comedere nō de
betis. Camelum. leporem. cragrillū.
quia rumiant rnon findunt ungula
immunda erunt nobis. Sus quoq; quia
diuidit ungulam rnon rumiat immū
da erit. Carnibꝰ eorum non uescemini:
rcadauera non tangetis. Hec comede
tis ex omnibꝰ que morantur in aquis
quecūq; habent pēnulas rsquamas comedite.
que absq; pēnulis rsquamis sunt. ne
comedatis. quia immunda sunt. Omēs
aues mundas comedite. immundas ne
comedatis. aquilam. s. rgrifen. ralie
tum. rcon. rmiluum. ac miluum. iu
xta genus suum. romne corui gēus
struthionem ac nocticoracem. rlari. atq;
accipitrem iuxta genus suum. herodiū
rcygnum. ribin ac mergulum.
porphyrionem ac mycticoracem. ono
crotalum. rcalodrum. singula in gēre
suo. upupam quoq; ruespertiliones.
Et omne quod rpēnulas habet immundū
erit. nec comedetis. Omne quod mū
dum è. comedite. Quicquid morticinum
è ne uescamini ex eo. Peregrino
qui intra portas tuas è dabis ut comedat.
aut uendere ei. quia tu populus sanctus do
mino tuo es. Non coques edum in lacte
matris suę. Decimā partem separabis
de cunctis frugibꝰ tuis que nascuntur
in terra. per annos singulos. rcomedes
in conspectu domini dei tui. in loco quē
elegerit. ut nomen illius ibi inuocetur.
Decimam frumenti tui. rmusti et
olei. rprimogenita de armentis rouibꝰ
tuis. ut discas timere dominū deum
tuum omni die. Cum autē longior fu
erit uia. rnon ualeas quem elegerit domi
nus deus tuus. portare. benedixerit
tibi. nec poteris ad eum hec extra portare. uendes
omnia rin pretium rediges. portabis
que manu tua. rproficisceris ad locum
quem elegerit dominus deus tuus. r
emes ex eadem pecunia quicquid tibi
placuerit. siue ex armentis siue ex ouibꝰ. uinum quoq; rsicerā. romne quod
desiderabis anima tua. repulaberis ibi
rdomus tua. rleuita qui intra portas tu
as è. Caue ne derelinquas eum. qui
non hꝰ aliam partem in possessione tua.
Anno tertio separabis aliam decimas
ex omnibꝰ que nascuntur tibi eo tempore.
rpones intra portas tuas. uenientq;
leuites qui aliam non hꝰt partem nec
possessionem tecum. rperegrinus rpu
pillus ac uidua. qui intra portas tuas sūt.
rcomedent rsaturabuntur. rbenedicat
tibi dominus deus tuus. in cūctis operibus
manuum tuarū que feceris.

XVI

Septimo anno facies remis
sionem. que hec ordine ce
lebrabitur. Cui debetur a
liquid ab amico uel proximo
ac fratre suo. repetere nō poterit. quia
annus remissionis domini è. A peregri
no radauena exiges. ciuem rpropiquū
repetendi non habebis potestatem. Et omno
indigens rmendicus non erit inter uos
ut benedicat tibi dominus in terra. quā
traditurus è tibi in possessionem. Si
audieris uocem domini dei tui. rcusto
dieris uniuersa que iussit. rque prepo
nit tibi. benedicet tibi ut pollicitus è. Fe
nerabis gentibꝰ multis. rtu ab nullo
accipies mutuum. Dominaberis na
tionibꝰ plurimis. rtui nemo dominabitur.
Si unus de fratribꝰ tuis. qui morantur in
portis ciuitatis tue in terra quā dns
deus tuus dabit tibi ad paupertā
tem uenerit. non obdurabis cor tuum
nec contrahes manum. sed aperies eam
pauperi. radabis mutuū quo eum in
digere perspexeris. Caue ne forte sub
repat tibi impia cogitatio. rdicas in cor
de tuo. approximquat septimus annus
remissionis. rmaneris oculos ad pauperē
fratrem tuum. nolens ei quod postulat mu
tuum commodare. ne clamet contra te ad
dominum. rfiat tibi in peccatum. sed
dabis ei. Nec ages quippiam callide in
eius necessitatibꝰ subleuandis. ut be
nedicat tibi dominus deus tuus in om
nibus operibus ad que manum miseris. Non
deerunt pauperes in terra habitationis
tue. rideo ego precipio tibi ut aperias
manum tuam fratri tuo egeno rpau
peri. qui tecum uersatur in terra. Cum
tibi uenditus fuerit frater tuus. hebreus
aut hebrea. rseruierit tibi. in
septimo dimittes eum liberum. Et



quem liberum te habueris. nequaq3
uacuum abire patiaris. sed dabis ei
cum degregib3 tue aree torcularis tui.
quib3 dominus deus tuus benedixerit t
Memento q3 tu pe fueris in tra egipti
& liberauerit te dominus deus tuus. &
ideo ego nunc precipio tibi. Cum a
dixerit nolo egredi eo q3 diligat te et
domum tuam. & bene sibi apud te esse
sentiat. assumens subulam & perfora
bis aurem eius in ianua domus tue.
& fuerit tibi usq3 in eternum. Ancille q3
similiter facies. Non auertes ab eis o
culos tuos. q3 dimissis eos liberos. qui
uicta mercedem mercenarij. pro ser uan
nos fuerit tibi. ut benedicat tibi dns
deus tuus. in cunctis operib3 que agis.
De primogenitis tuis. que nascuntur
in armentis & ouib3 tuis. quicquid se
xus masculum e sanctificabis domino de
tuo. Non operaberis in primogenito t
bouis. & non tondebis primogenita o
uium. In conspectu domini dei tui come
des ea per annos singulos. in loco que
elegerit dominus deus tuus. tu & dom
tua. Si autem habuerit maculam. uel
claudum fuerit. uel cecum. aut in ali
qua parte deforme. uel debile. non im
labitur domino deo tuo. sed intra portas
urbis tue comedes illum. Tam mun
dus q3 immundus similiter uescent
ur. quasi capra & cerua. Nec solum ob
seruabis. ut sanguinem eorum non come
das. sed effundas in terram quasi aquam.

Capitulum XVI.

Observa
mensem nouarum frugum
& celebra phase domino deo tuo
quoniam in isto mense eduxit te dns
deus tuus de egipto nocte. Immolab
q3 phase domino deo tuo. de ouibus
& bobus. in loco quem elegerit dñus
deus tuus. habitare nomen eius ibi.
Non comedes in eo panem fermentati
Septem diebus comedes absq3 fermen
to afflictionis panem. quia in pauore
egressus es de egipto. ut memineris
diei egressionis de egipto. omnibus
diebus uite tue. Non apparebit fermen
tatum in omnibus terminis tuis septem
diebus. & non remanebit de carnibus eius
quod immolatum e uespere in die primo
usq3 mane. Non poteris immolare pha
se in qualibet urbium tuarum quas do
minus deus tuus dabit tibi. sed in
loco quem elegerit dominus deus tu
us habitet nomen eius ibi. Immolabis
phase uespere ad solis occasum. quando
egressus es de egipto. & coques & come
des in loco quem elegerit dominus
deus tuus. Mane autem surgens reuer
tere in tabernacula tua. Vi diebus comedes
azima. & in die vii. quia collecta e dom
ino deo tuo. non facies opus. Septem heb
domadas numerabis tibi. ab ea die q3
falcem in segetem miseris. & celebrabis
diem festum ebdomadarum domino
deo tuo. oblationem spontanei mani
tue. quam offeres iuxta benedictionem
domini dei tui. Et epulaberis coram
domino deo tuo. tu & filius tuus & filia
tua. & famus tuus & ancilla tua. & leuites
qui e intra portas tuas. & aduena ac pu
pillus & uidua qui morantur uobis.
in loco quem elegerit dominus deus
tuus. ut habitet nomen eius ibi. Et re
cordaberis quoniam seruus fueris in e
gipto. custodiesq3 ac facies. que tibi p
cepta sunt. Festinitates quoq3 tabernacu
lorum celebrabis per vii dies. qui
collegeris de area & torcular fruges tu
as. & epulaberis in festinitate tua tu &
filius tuus & filia tua. famus tuus & an
cilla tua. leuites quoq3 & aduena & pu
pillus & uidua qui intra portas tuas
sunt. Septem diebus celebrabis domi
no deo tuo festa celebrabis. in loco que
elegerit dominus. Benedicetq3 tibi
dns deus tuus in cunctis frugibus tuis. &
in omni opere manuum tuarum. eris
q3 in letitia. Tribus uicibus per annum
apparebit omne masculinum tuum.
in conspectu domini dei tui. in loco que
elegerit. In solemnitate azimorum. & in
solemnitate ebdomadarum. & in solem
nitate tabernaculorum. Non appare
bit autem dominum uacuus. sed offeret
unusquisq3 secundum quod habuerit.
iuxta benedictionem domini dei sui.
quam dederit sibi. Iudices & magistros
constitues in omnibus portis tuis. quas
dominus deus tuus dederit tibi per

DEVTERO

singulas tribus tuas. ut iudicent pplm
iusto iudicio. nec inclinabis partem de
clinabis. Non accipies personam nec
munera: quia munera excecant oculos
sapientum. et mutant verba iustorum.
Juste quod iustum est persequeris. ut vi
vas et possideas terram. quam dominus
deus tuus dederit tibi. Non plantabis
lucum omne arborem iuxta altare
domini dei tui. nec facies tibi ampliꝰ co
stitues statuam. quam odit dominus
deus tuus.

XVII

Non immolabis domino deo
tuo bovem et ovem. in quo
est macula. aut quippiam mi
quia abhominatio est dño
deo tuo. Cum reperta fuerint apud te
intra unam portarum tuarum. quas
dominus deus tuus dabit tibi. vir aut
mulier qui faciant malum in oculis
domini dei tui. et transgrediantur pa
ctum illius. ut vadant et serviant di
is alienis. et adorent eos. solem et lunæ
omnem militiam celi. quæ non præ
cepi. et hoc tibi fuerit nuntiatum. Audi
eris diligenter. et cum
cta reperis. abhominatio facta est in
educes virum ac mulierem. qui rem
scelestissimam perpetrare sunt ausi ad por
tas civitatis tuæ. et lapidibus obruentur
ore duorum vel trium testium. pe
ribit qui interficietur. Nemo occidatur
uno testi dicente testimonii. Manus
testium prima interficiet eum. et manus
reliqui populi extrema mittentur. ut
auferas malum de medio tui. Si difficile et ambiguum apud te iudicium ex
pertus fueris inter sanguinem et sanguinem.
causam et causam. lepram et non lepram
et iudicium videris intra portas tuas ver
ba variari: surge et ascende ad locum quem
elegerit dominus deus tuus. veniesque
ad sacerdotes levitici generis. et ad iu
dicem qui fuerit in illo tempore: quæresque
ab eis. Qui iudicabunt tibi iudicii
veritatem. et facies quodcumque dixe
rint. qui præsunt loco quem elegerit
dominus. et docuerint te iuxta legem
eius. Sequeris sententiam eorum: et
nec declinabis ad dexteram vel ad si
nistram. Qui autem superbierit nolens

obedire sacerdotis imperio. qui eo tem
pore ministrat domino deo tuo. et decreto iu
dicis morietur homo ille. et auferes ma
lum de medio israel. et omnis populus
audiens timebit. et nullus deinceps
intumescat superbia. Cum ingressus
fueris terram quam dominus deus
tuus dabit tibi. et possederis eam. habi
veris que in illa. et dixeris constituam super
me regem. sicut habent omnes per circui
tum nationes. eum constitues quem do
minus deus tuus elegerit de numero fratrum
tuorum. Non poteris alterius gentis
hominem regem facere. qui non sit frater
tuus. Cumque fuerit constitutus. non
multiplicabit sibi equos. nec reducet
populum in egyptum. equitatus non
sublevatus. præsertim cum dominus præcepit
vobis. ut nequaquam amplius per eam
viam revertamini. Non habebit uxores
plurimas que illiciant animum eius
nec argenti et auri immensa pondera.
Postquam sederit in solio regni sui.
describet sibi deuteronomium legis hu
ius in voluminе. accipiens exemplar a
sacerdotibus levitice tribus. et habebit secum.
Legetque illum omnibus diebus vite sue.
ut discat timere dominum deum suum.
et custodire verba cerimonias eius. que
in lege præcepta sunt. Nec elevetur
cor eius in superbiam super fratres
suos. nec declinet in partem dextram
vel sinistram. ut longo tempore regnet. et
ipse et filii eius super

XVIII

Non habebunt sacerdotes et
levite. et omnes qui de tota
tribu sunt. partem et heredi
tatem cum reliquo israel.
quia sacrificia domini et oblationes e
ius comedent. et nichil aliud accipi
ent de possessione fratrum suorum.
Dominus enim ipse est hereditas eo
rum. sicut locutus est illis. Hoc erit iudicium
sacerdotum a populo et ab his qui of
ferunt victimas. Sive bovem sive ovem
immolaverint. dabunt sacerdoti
armum ac ventriculum primitias
frumenti vini et olei. et lanarum partem
et ovium tonsione. Ipsum enim elegit
dominus deus tuus de cunctis tribubus
tuis. ut stet et ministret in nomine do

NVMIVM

mum. qui et filii eius in sempiternum.
Si ceciderit iuxta te de una urbium tua
rum. eorum in qua habitat tuo lo
cum inuenire desideraue locum quem elc
gerit dominus. nunquid habitum nomi
dei sui sicut omnes fines eius. ieiunq
stabunt coram domino partem u
ciborum accipiet quam reliqui excepto
co q in urbe sua expectata et successio
ne debentur. Quando ingressus fueris
terram. quam dominus deus tuus da
bit tibi. Caue ne imiteris nefandas abo
minationes illarum gentium. nec inue
niatur in te qui lustret filium suum ac
filiam ducens per ignem. aut quis
olos fuscitet. uel inspector somnia atq
auguria. Nec sit maleficus. nec incanta
tor nec pythones consulat. nec diuinos. et
quere a mortuis ueritatem. Omnis
enim hec abominatur dominus. et pro
pter huiusmodi scelera delebit eos in ad
ui tuo. perfectus eris et absq macula
cum domino deo tuo. Gentes iste q
possidebis terram. augures et diuinos
audiunt. tibi autem a domino deo tuo
aliter institutum est. Prophetam de gente
tua. et de fribus tuis. sicut me suscitabit
tibi dominus deus tuus. ipsum audies
ut petisti a domino deo tuo in horeb.
quando tibi congregata est. atq dicen
Ultra non audiam uocem domini dei
mei. ignem hunc maximum ampli
us non uidebo. ne moriar. Et ait dominus
michi. Bene omnia sunt locuta. Pro
phetam suscitabo eis de medio fratrum
eorum similem tui. ponam uerba mea
in ore eius. loquetur eis ad ea omnia
que precepero illi. Qui autem uerba
que loquitur in nomine meo audire
noluerit. ego ultor existam. Propheta
autem qui arrogantia depravatus uo
luerit loqui in nomine meo. que ego
non precepi illi ut diceret. aut certe qui
alienorum deorum nomine fecerit. Quod
si tacita cogitatione responderis. quo
modo possum intelligere uerbum quod
non est locutus dominus. hoc habebis si
gnum. quicquid in nomine domini propha
ta predixerit. et non uenerit. hec res
non est locuta. sed per tumorem animi
sui. propheta finxit. et ideo non time

bis eum.

XVIIII

Cum disperdiderit dominus
deus tuus gentes. quarum
tibi tradituras est terram.
et possederis eam. habitaue
ris in urbibus eius. et in ediby. eius
tres separabis tibi urbes in medio terre. q
dominus deus tuus dabit tibi in pos
sessionem. Metiens diligenter uiam.
et in tres equaliter partes totam terre
prouinciam diuides. ut habeat refugium
qui propter homicidium profugus est.
quo possit euadere. Hec est lex homici
de fugiente. cuius uita seruanda est.
Cum percusserit proximum suum ne
sciens. et qui heri et nudius tertius
nullum odii cum illo fuisse actum probe
tur. se habuisse simpliciter cum eo in
silua ad ligna cedenda. ut succisa ce
ligno ferrum securis fugerit manum.
et ferrum ipsum de manubrio ami
cum eius percusserit et occiderit. hic
ad unam supradictarum urbium
fugiet. et uiuet. ne forsitan proxi
eius. cuius effusus est sanguis. tole
stimulatus persequatur. et apprehen
dat eum si longior fuerit uia. et per
cat animam eius qui non est reus mor
tis. quia nullum odii cum eo habuit
sus est. hodium prius fuisse mostra
tur. Idcirco precipio tibi ut tres ciui
tates equalis inter se spatij diuidas.
Cum autem dilatauerit dominus
deus tuus. sicut iurauit patribus tuis.
et dederit omnem terram quam eis pol
licitus est. si tm custodieris mandata
eius. et feceris que hodie precipio tibi
ut diligas dominum deum tuum. et
ambules in uijs eius omni tpe. Ad
des tibi tres alias ciuitates. et supra
dictarum trium urbium numerum
duplicabis. ut non effundatur sanguis
innocuus in medio terre. quam dabit
deus tuus habendam. ne
sis sanguinis reus. Si quis autem o
dio habens proximum suum insidiatus
fuerit ei. et surgens percusserit
illum. et mortuus fuerit. fugerit ad
unam de supradictis urbibus. mittent
seniores ciuitatis illius. et sumpserint
eum de loco effugij tradentq in ma

ni p:orimi cuius sanguis effusus è.
7 morietur. Nec miserebris eius. et
auferes innocentium sanguinem de isr̃l.
ut bene sit tibi. Non assumes 7 trans
feres terminos p:orimi tui. quos fixe
runt p:iores in possessione tua. quã
dominus deus tuus dabit tibi. in ter
ram quam accepturus possidendam. ¶
Non stabit testis unus cõtra aliquẽ
quicquid illud pecc̃i 7 facinoris fuerit.
sꝫ in ore duorum aut trium testium
stabit omne verbum. Si steterit testis
mendax cõtra hominem accusans e
um p:euaricationis. stabunt ambo
quorum causa è. ante dominũ in ꝓspec
tu sacerdotum. 7 iudicum qui fuerint
in diebus illis. Cumq; diligentissime
p:iscrutantes. inuenerint falsum testẽ
dixisse cõtra fr̃em suum mendacium. re
dent ei sicut fratri suo facere cogitauit.
7 auferes malum de medio tui. ut au
dientes cęteri timorem hꝫant. 7 nequa
q̃ talia audeant facere. Non miserebis
eius. sꝫ animam pro anima. oculum p
oculo dentem pro dente. manum pro
manu. pedem pro pede exigẽs.

Cxxi

Cum exieris ad bellum cõtra
hostes tuos. 7 videris equi
tatum 7 currus. 7 maiorẽ
q̃ tui hęs aduersarii exerci
tus multitudinem. non timebis eos. ꝙ
quia dominus deus tuus tecum è qui
eduxit te de terra egypti. Appropinqui
te autẽ p:elio stabit sacerdos ante aciẽ.
7 sic loquetur ad populum. Audi isrl.
Vos hodie cõtra inimicos pugnam commit
tis. Non p:esumat cor tuum. Nolite
metuere. Nolite cedere. Nec formidetis
eos. quia dominus deus uir in medio
tui è. 7 p:o uobis cõtra aduersarios di
micabit. ut eruat uos de periculo. Du
ces quoq; per singulas turmas audiẽ
te exercitu p:oclamabunt. Quis è ho
qui edificauit domum nouam. 7 non
dedicauit eam. Vadat 7 reuertatur in
domum suam. ne forte moriatur in bel
lo. 7 alius dedicet illam. Quis è homo
qui plantauit vineam. 7 nec dum eam
fecit cẽ communem. 7 de qua uesci omni
licuit. Vadat 7 reuertatur in domũ suã.
ne forte moriatur in bello. 7 alius homo
eius fungatur officio. Quis è homo
qui despondit uxorem. 7 non accepit e
am. Vadat 7 reuertatur in domũ suã.
ne forte moriatur in bello. 7 alius homo
accipiet eam. His dictis addent reliq
q̃ loquentur ad populum. Quis è hom
formidolosus in corde pauido. Vadat 7
reuertatur in domum suam. ne pauefa
ciat cor da frm suorum. sicut ipse ho
re pertimuit è. Cumq; siluerint duce
7 finem loquendi fecerint. unusquisq;
suos ad bellandum ordines p:eparabit. ¶
Si quando accesseris ad expugnandã
ciuitatem. offeres ei p:imum pacem. ¶
Si receperit 7 aperuerit tibi portas. et
populus qui in ea è saluabitur. 7 fiet
tibi sub tributo. Sin autẽ fedus inire
noluerint. 7 cęperint contra te bellum.
oppugnabis eam. Cumq; tradiderit
dominus deus tuus illam in manu tua
percuties omne quod in gentis mascu
lini è in ore gladii. absq; mulieribus 7 infan
tibus. iumentis 7 cęteris que in ciuitate
fuerint. Omnem p:edam congregabis om
nes. 7 comedes de spoliis hostium tuo
rum quę dominus deus tuus dederit tibi.
Sic facies cunctis ciuitatibus procul ualde
positis. 7 non sunt de his urbibus
quas in possessionem accepturus es.
De his autem ciuitatibus quę dabunt
tibi. nullum omnino permittes uiuere.
sꝫ interficies in ore gladii. ethęum et
amorrheum. 7 chananeum et pher
ezeum. et hethęum et hebusęum. sicut p
cepit tibi dominus deus tuus. ne forte
doceant uos facere cunctas abhominatio
nes quas ipsi operati sunt dijs suis. et
peccetis in dominum deum uestrum. Si
obsederis ciuitatem multo tempore.
7 munitionibus circumdederis ut expu
gnes eam. Non succides arbores de q
bus uesci potes. nec securibus per circui
tum debes uastare regionem. quia lignũ
è 7 non homo. nec potest bellantium
contra te augere numerum. Si qua au
tem ligna non sunt pomifera sꝫ agrestia
inter cętera aptaque usui. succide 7 cõfũ
machinas. donec capias ciuitatem q̃
contra te dimicat.

Cxxi

Cum inuentum fuerit in ter
ra quam dominus deus da

LIBER * MOISE

tinus é tibi. homicida cadauer occisi. a
ignoratur cedis reus. egredientur ma
iores natu. & iudices tui. & metientur
a loco cadaueris singularum per circu
itum spatia ciuitatum. & q̃ uicinior
ceteris cê perspexerint. seniores ciui
tatis eius tollent uitulam de armẽto.
que non traxerit iugum. nec terram
scinderit uomere. & ducent eam ad ual
lem asperam atq; saxosam. que nũq;
arata é. nec sementem receperit. & cedet
in ea ceruicem uitule. Accedentq; sacer
dotes filij leui. quos elegerit dominus
deus tuus ut ministrent ei. & benedi
cant in nomine eius. & ad uerbũ eorũ
omne negotium pendet. & quid quid
mundum uel immundum é iudicent.
Et uicinent maiores natu ciuitatis
illius ad interfectum. lauabuntq; a
manus suas super uitulam. que iugu
le percussa é. & dicent. Manus nre nõ
effuderunt sanguinem hunc. nec o
culi uiderunt. Propitius esto popu
tuo israel. quem redemisti domine. &
non reputes sanguinem innocentem i
medio populi tui israel. Et auferetur
ab eis reatus sanguinis. Tu autem
alienus eris ab innocentis cruore qui
fusus é. cum feceris quod precepit dns
Si egressus fueris ad pugnam cõtra ini
micos tuos. & tradiderit eos dominus
deus tuus in manu tua. captiuosq; a
duxeris. & uideris in numero captiuo
mulierem pulchram. & adamaueris ei.
uoluerisq; habere uxorem. introduces
in domum tuam. Que radet capillos
& circumcidet ungues. & deponet uestẽ
in qua capta. sedensq; in domo tua fle
bit patrem & matrem suam uno mẽse
Et postea intrabis ad eam dormiesq;
cum illa. & erit uxor tua. Si uero post
ea non placuerit animo tuo. dimittes
eam liberam. nec uendere poteris pe
cuniã. nec opprimere per potentiam.
quia humiliasti eam. Si habuerit ho
uxores duas. unam dilectam & alterã
odiosam genuerintq; ei liberos. & fi
erit filius odiose primogenitus. uolue
rintq; substantiam inter filios suos diuidere.
non poterit filium dilecte facere primo
genitum. & preferre filio odiose. & filiũ
odiose agnoscet primogenitum. & dabit
ei de bis que habuerit. duplicem
sste é enim principium uerborum eius.
& huic debentur primogenita. Si genu
erit homo filium protervum & proter
uum qui non audiat patris aut matris
imperium. & coercitus obedire despexe
rit. apprehendent eum. & ducent ad se
niores ciuitatis illius. & ad portam iu
dicij. dicentq; ad eos. Filius noster iste
protervus & improbus é. monita nr̃a au
dire contemnit. comessationibus & ebri
etatibus deditus. Lapidibus eum
obruet populus ciuitatis. & morietur.
ut auferatis malum de medio uestri.
& omnes audientes pertimescant.
Quando peccauerit homo & morte
plectendum é. & iudicatus mor
appensus fuerit patibulo. non pernia
nebit cadauer eius in ligno. sed in eadẽ
die sepelietur. quia maledictus a deo é
qui pendet in ligno. & ne quaq; polluta
bis terram tuam. quam dominus
deus tuus dabit tibi in possessionem.

XXII

On uidebis bouem fratris tui aut ouem
errantem & pretĩbis. sed re
duces fratri tuo. Et quod
si non é propinquus frater tuus. nec
nosti eum. duces in domum tuam. &
erit apud te quousq; requirat eum frater tuus.
& recipiat. Similiter facies de asino. &
de uestimento. & omni re fratris tui que
perierit. Si inueneris eam ne negli
gas quasi alienam. Si uideris asinum
fratris tui. aut bouem cecidisse in uia.
non despicies. sed subleuabis cum eo.
Non induetur mulier uestimento uiri. nec
uir utetur ueste feminea. Abhominabilis
enim apud deum é. qui facit hec. Si
ambulans per uiam. in arbore uel in
terra. nidum auis inueneris. & matrem
pullis uel ouis desuper incubantem.
non tenebis eam cum filijs. sed abire
patieris. captos tenens filios. ut bene
sit tibi. & longo uiuas tpore. Cum edi
ficaueris domum nouam. faciesq; mu
rum tecti per circuitum. ne effundatur
sanguis in domo tua. & sis reus laben
te alio. & precipite ruente. Non seres
uineam tuam altero semine. ne & semi

nis quam scissit. 7 que nascuntur ex
umea parter sufficerent. Nó arabi
simul in boue 7 asino. Non induetis
uestimento quod ex lana linoq; cõtexi
tum è. Fimbrie in fimbrijs facies.
per quattuor angulos palij tui. quo
operuis. Si duxerit uir uxorem. 7 po
stea eam odio habuerit. quesierintq;
occasiones quibus dimittat eam. obi
cient ei nomen pessimum. 7 dicent
uxorem hanc accepi. 7 ingressus ad
eam non inuenit uirginem. Tollet
eam pater. 7 mater eius. 7 ferent secu
signa uirginitatis eius ad seniores
urbis qui in porta sunt. 7 dicet pater
Filiam meam dedi huic uxorem qua
qua odit. imponetq; nomen pessimi
dicat non inuenit filiam tuam uir
ginem. 7 ecce signa sunt uirginitatis
filie mee. Et pandet uestimentum
coram senioribus ciuitatis. Apprehen
detq; seniores urbis illius uirum 7 uerbe
berabunt illum. 7 dempnabunt eum super
siclis argenti. quos dabit patri puelle
quoniam diffamauit nomen pessimi
super uirginem israel. Habebitq; eam
uxorem. 7 non poterit dimittere eam
omni tp̃e uite sue. Quod si uerum è q̃
obicit. 7 nó è in puella inuenta uirgi
nitas. eicient eam extra fores domo
patris sui. 7 lapidibus obruent eum ci
uitatis illius. 7 morietur. quoniã fecit
nefarium in israel. ut fornicaretur in do
mo patris sui. 7 auferes malum de me
dio tui. Si dormierit uir cum uxore
alterius. uterq; morietur. 7 adulter
adultera. 7 auferes malum de israel.
Si puellam uirginem desponderit
uir. 7 inuenerit eam aliquis in ciuita
te. 7 concubuerit cum illa. educes utriq;
ad portam ciuitatis illius. 7 lapidibus
obruentur. Puella quia nó clamauit
cum esset in ciuitate. uir quia humi
liauit uxorem proximi sui. 7 auferes
malum de medio tui. Si autem in agro
reperit uir puellam que desponsata è.
7 apprehendens concubuerit cum illa. 7
ipse morietur solus. puelle nichil pena
etur. nec è rea mortis. Quoniã sicut
latro consurgit contra fratrem suum. 7 occidit
animam eius. ita 7 puella perpessa è.

Sola erat in agro. clamauit 7 nullus
affuit. qui liberaret eam. Si inuenerit
uir puellam uirginem que non habet
sponsum. 7 apprehendens concubuerit
cum ea. 7 res ad iudicium uenerit. da
bit quinquaginta siclos argenti. habebit eam uxorem.
quia humiliauit eam. Non poterit
dimittere eam cunctis diebus uite sue. Si
accipiet homo uxorem patris sui. nec
revelabit operimentum eius.

XXIII

Non intrabit eunuchus ar
tritus uel amputatis te
sticulis. 7 abscisso ueretro
ecclesiam domini. Non ingre
dietur manser. hec è de scorto natus in
ecclesiam domini. usq; in decimam gẽ
rationem. Ammonites 7 moabites etiã
post decimam gẽrationem. nó intrabit
in ecclesiam domini in etternum. quia 7
noluerunt occurrere tecum pane 7
aqua. in uia quando egressi estis de
egipto. 7 quia conduxerunt contra te balaã
filium beor de mesopotamia syrie. ut
malediceret tibi. Et noluit dominus
deus tuus audire balaam. uertitq; 7
maledictionẽ eius in benedictiones
tuam. eo q̃ diligeret te. Non facies
cum eis pacem. nec queres eis bona.
cunctis diebus uite tue in sempiternum.
Non abhominaberis idumeum. q̃
frater tuus è. nec egyptium. quia aduenã
fuisti in terra eius. Qui nati fuerint
ex eis tertia gẽratione intrabunt ec
clesiam domini. Cũ egressus fueris
aduersus hostes tuos in pugnam. cu
stodies te ab omni re mala. Si fuerit
inter uos homo. qui pollutus sit nocte
nocturno. egredietur extra castra. 7
non reuertetur prius q̃ ad uesperum
lauetur aqua. 7 post solis occasum re
gredietur in castra. Habebis locum extra
castra ad quem egredieris ad requisita
natura. gerens paxillum in balteo. Cũ
q̃ sederis fodies per circuitum. egesta
humo operies quo recessus fuis
Dominus enim deus tuus ambulat
in medio castrorum tuorum. ut eruat
te. 7 tradat tibi inimicos tuos. ut sint
castra tua sca. 7 nichil in eis appareat
fetidum. ne derelinquat te. Non tra

tes fuum domino suo qui ad te fugerit habitabit tecum in loco qui ei placuerit. tum una urbium tuarum requieuerit. nec contristes eum. Non enim mercenarius de filiabus israel. neq; scortator de filijs israel. Non offeres mercedem prostribuli. nec pretium canis in domum domini dei tui. quicquid illud é quod uoueris. quia abhominatio é utrique apud dominum deum tuum. Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniã nec fruges nec quamlibet rem sed alieno. Extraneo autem tuo absq; usura id quod unduiget commodabis. ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris possidendam. Cum uoueris uotum domino deo tuo. non tardabis reddere. quia requiret illud dominus deus tuus. Et si moratus fueris. reputabitur tibi in peccatum. Si uolueris polliceri. absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis. obseruabis et facies sicut promisisti domino deo tuo. et propria uoluntate et ore locutus es. Ingressus uineam proximi tui. comede uuas quantum tibi placuerit: sportas autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui. frange spicas et manu atere. falce autem ne metas XXIIII

Si acceperit homo uxorem habuerit eam. et non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquem fœditatem scribet libellum repudij. et dabit in manu illius et dimittet eam de domo sua. Cumq; egressa alterum maritum uxorem duxerit. ille quoq; oderit eam. et scripserit libellum repudij. et dimiserit de domo sua. uel certe mortuus fuerit. non poterit prior maritus recipere eam in uxorem. quæ polluta é. abhominabilis facta é coram domino. ne peccare facias terram tuam. quam dominus deus tuus traditurus est possidendam. Cum acceperit homo nouam uxorem. non procedet ad bellum. nec et quippiam necessitatis iniungetur publice. sed uacabit absq; culpa domui suæ. uxorem suam letificabit. Non accipies in loco pignoris inferiorem et superiorem molam. quia animam suam apposuit tibi. Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratres suum de filijs israel. et uendito eo acceperit pretium. interficietur. et auferes malum de medio tui. Obserua diligenter. ne incurras in plagam lepre. sed facies quecunq; docuerint te sacerdotes leuitici generis. iuxta id quod præcepi eis. et impleas sollicite. Memento quæ fecerit dominus deus tuus in maria cum egrederemini de egipto. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi. non ingredieris domum eius ut pignus auferas. sed stabis foris. ille tibi proferet quod habuerit. Si autem pauper é. non pernotabit apud te pignus. sed statim reddes ei ante solis occasum. ut dormiens in uestimento suo benedicat tibi. et habeas iustitiam coram domino deo tuo. Non negabis mercedem indigentis et pauperis fratris tui. siue aduenæ qui morabitur tecum in terra. intra portas tuas é. sed eadem die reddes ei pretium laboris sui. ante solis occasum. quia pauper é. et ex eo sustentat animam suam. ne clamet contra te ad dominum. et reputetur tibi in peccatum. Non occidentur patres cum filijs. nec filij pro patribus. sed unusquisq; pro peccato suo morietur. Non peruertes iudicium aduenæ et pupilli. Nec auferes pignoris loco uiduæ uestimentum. Memento q; seruieris in egipto. et redemerit te dominus deus tuus inde. ideo precipio tibi ut facias hanc rem. Quando messueris segetem in agro tuo. et oblitus manipulum reliqueris. non reuerteris ut tollas eum. sed aduenæ et pupillum et uiduã auferre patiaris. ut benedicat tibi dominus deus tuus. in omni opere manuum tuarum. Si fruges colligeris oliuarum. quicquid remanserit in arboribus. non reuerteris ut colligas. sed relinquas aduenæ pupillo et uiduæ. Si uindemiaueris uineam tuam. non colliges remanentes racemos. sed cedent in usus aduenæ et pupilli ac uiduæ. Memento q; et ipse seruieris in egipto. et ideo precipio tibi. ut facias hanc rem.

LIBER

Si fuerit
causa inter aliquos & inter
pellauerint iudices. quę
iustum cę perspexerint: illi
iustificare palam debebunt. Quem impiũ
demnabunt impietatis. Si autem
eum qui peccauerit. dignum uerbe
plagis. prosternent & coram se facient
uerberari. Pro mensura peccati erit &
plagarum modus. Ita dumtaxat ut
quadragenarium numerum non ex
cedat. ne fœdatum recipiat ante oculos tu
os obeat frater tuus. Non ligabis os
bouis triturantis in area fruges tuas.
Qui habitauerint fratres simul. & unus ex
eis absq; liberis mortuus fuerit. uxor
defuncti non nubet alteri. sed accipiet
eam frater eius. & suscitabit semen fra
tris sui. & primogenitam ex ea filium.
nomine illius appellabit. ut non deleat
nomen eius ex israel. Si autem no
luerit accipere uxorem fratris sui quę
ei lege debetur. perget mulier ad portã
ciuitatis. & interpellabit maiores na
tu. dicetq; Non uult frater uiri mei
suscitare semen fratri suo in israel. nec
me in coniugium sumere. Statimq; ac
cersent eum facient. & interrogabunt.
Si responderit nolo eam in uxorem ac
cipere. accedet mulier ad eum coram
senibus. & tollet calciamentum de pede ei.
spuetq; in faciem eius & dicet. Sic fi
et homini qui non edificat domum
fratris sui. Et uocabitur nomen illius
in israel. domus discalciati. Si pugnent
inter se uiri simul unus. & unus alterum
ceperit uolensq; uxor alterius
eruere uirum suum de manu fortio
ris. mittet manum & apprehendet ri
cem uxorem eius. abscides manum illi.
nec flectet super ea ulla misericordia.
Non habebis in sacculo diuersa pon
dera maius & minus. nec erit in domo
tua modius maior & minor. Pondus
habebis iustum & uerum. & modius equa
lis & uerus erit tibi. ut multo uiuas tem
pore super terram. quam dominus deus
tuus dederit tibi. Abominatur enim
dominus eum qui facit hęc. & quic
quid inique agit omnem detestatur.
Memento
quod fecerit tibi amalech in uia. qui

egredientibus ex egipto. quomodo oc
currerit tibi. & extremos agminis tui. qui
lassi & fessi sequebantur ceciderit. qui non timuerit deum.
Cum ergo dominus deus tuus dederit
tibi requiem. & subiecerit omnes per cir
cuitum nationes. in terra quam tibi
pollicitus est. delebis nomen eius sub
celo. Caue ne obliuiscaris

Cumq; intraueris terram quam tibi deus tuus dabturus est possi
dendam. & obtinueris eam
atq; habitaueris in illa. tol
les de cunctis frugibus tuis primitias et
pones in canistro. pergesq; ad locum
quem dominus deus tuus elegerit ut
inuocetur nomen eius. Accedesq;
ad sacerdotem. qui fuerit in diebus
illis. & dices ad eum. Profiteor hodie
coram domino deo tuo. quod ingressus
sum terram pro qua iurauit pater nos
ter daret eam nobis. Suscipiensq; sa
cerdos canistrum de manu tua. ponet
ante altare domini dei tui. & loquens
in conspectu domini dei tui. Syrus quon
quebatur patrem meum. qui descendit
in egiptum. & ibi peregrinatus est pau
cissimo numero. Crevitq; in gentem
magnam & robustam. & infinitæ multi
tudinis. Afflixerunt nos egiptii & per
secuti sunt. imponentes hominia grauissi
ma. Et clamauimus ad dominum de
um patrum nostrorum. qui exaudiuit no
stras & respexit humilitatem nostram. & labo
rem atq; angustiam. Et eduxit nos de egi
pto in manu forti & brachio extento. in
ingenti pauore. in signis atq; portentis.
& introduxit ad locum istum. & dedit
nobis terram lacte & melle manantem.
Et idcirco nunc offero primitias fru
gum terræ. quam dominus dedit mihi.
Et dimittes eas in conspectu domini dei
tui. Et adorabis dominum deum tuum. epu
labereris in omnibus bonis. quæ domi
nus deus tuus dederit tibi. & domui tuæ.
tu & leuites & aduena qui tecum est.
Qui impleueris decimam annorum fru
gum tuarum. anno decimarum tertio.
dabis leuitæ & aduenæ. ac pupillo et
uiduæ. ut comedant intra portas tuas
& saturentur. Locuesq; in conspectu domi

ni dei tui. Attuli quod scificatum est
de domo mea. et dedi illum leuite et ad
uene et pupillo. et uidue sicut iussisti mi.
Non preterii mandata tua. nec fui
oblitus imperij tui. Non comedi ex e
is in luctu meo. nec separaui ea in q̃li
bet immundicia. nec expendi ex eis q̃c
q̃s in re funebri. Obediui uoci domi
dei mei. et feci omnia sicut precepisti
michi. Respice de habitaculo tuo. de ce
celso celorum culmine. et benedic po
pulo tuo israel. et terre quam dedisti
nobis. sicut iurasti patribus nris terre lac
te et melle manantem. Hodie dominus
deus precepit tibi. ut facias mandat
hec atq; iudicia. ut custodias et ipleas
ex toto corde tuo. et ex tota anima tua.
Dominum elegisti hodie ut sit tibi deus
et ambules in uijs eius. et custodias cer
monias illius. et mandata atq; iudicia
et obedias eius imperio. Et dominus
elegit te hodie. ut sis ei populus pecu
liaris sicut locutus est tibi. et custodias
omnia precepta eius. et faciat te excel
siorem cunctis gentibus. quas creauit in
laudem et nomen et gloriam suam. ut
sis populus sanctus domino deo tuo sicut
locutus est.

XXVIII

Precepit autem moyses. et
seniores israel populo. di
centes. Custodite omne
mandatum quod precipio
uobis hodie. Cumq; transieritis jor
danem. in terram quam dominus de
tuus dabit tibi. eriges in gentes la pi
des. et calce leuigabis eos. ut possis in
cis scribere omnia uerba legis huius
iordane transmisso. ut introeas terram
quam dominus deus tuus dabit tibi.
terram lacte et melle manantem. sicut
iurauit patribus tuis. Quando ergo tran
sieris iordanem. erige lapides quos e
go precipio tibi hodie in monte hebal.
et leuigabis calce. et edificabis ibi alta
re domino deo tuo. de lapidibus quos
ferrum non tetigit. et cedes in eis holo
causta domino deo tuo. et immolabis hostias
pacificas. comedesq; ibi epulabis
coram domino deo tuo. et scribes super
lapides omnia uerba legis huius pla
ne et lucide. Dixeruntq; moyses. et sa
cerdotes leuitici generis ad omnem israel.
Attende et audi israel. hodie factus es po
pulus domini dei tui. Audies uocem
eius. et facies mandata atq; iustitias.
quas ego precipio tibi. Precepitq;
moyses populo in die illo dicens. Hi
stabunt ad benedicendum populo. in
super montem garizim. iordane transmisso. Symeon. leui. iudas. issachar.
ioseph. beniamin. Et ex regione hi stabunt ad maledicendum. in monte he
bal. Ruben. gad. et aser. zabulon. dan
et neptalim. Et pronuntiabunt leuite.
dicentq; ad omnes uiros israel. excel
sa uoce. Maledictus homo qui facit
sculptile. et conflatile. abhominationem
domini. opus manuum artificum. po
neretq; illud in abscondito. Et respon
debit omnis populus et dicet. amen.
Maledictus qui non honorat patrem
et matrem. Et dicet omnis populus.
amen. Maledictus qui transfert ter mi
nos proximi sui. Et dicet omnis ppls.
amen. Maledictus qui errare facit ce
cum in itinere. Et dicet omnis ppls
amen. Maledictus qui peruertit iudi
cium aduene et pupilli et uidue. Et di
cet omnis populus amen. Maledictus
qui uxore patris sui. et uerecundiam
lectuli eius. Et dicet omnis ppls
amen. Maledictus qui dormit cum
omni iumento. Et dicet omnis ppls
amen. Maledictus qui dormit cum
sorore sua. filia patris sui. siue matris
sue. Et dicet omnis populus amen.
Maledictus qui dormit cum socru sua.
Et dicet omnis populus. amen. Ma
ledictus qui clam percusserit proximum
suum. Et dicet omnis populus amen.
Maledictus qui dormit cum uxore pa
trui sui. Et dicet omnis populus amen.
Maledictus qui accipit munera ut percutiat
animam sanguinis innocentis. Et dicet cunctus
populus amen. Maledictus qui non
permanet in sermonibus legis huius. nec
eos operit perficiendo. Et dicet cunctus populus amen.

XXVIII

Si autem audiens audieris uocem domini
dei tui. ut facias atq; custo
dias omnia mandata eius.

que ego precipio tibi hodie. faciet te
dominus deus tuus. excelsiorem om
gentibo. que uersantur in terra. Veniet
q̄s super te uniuerse benedictiones iste.
t apprehendent te. si tamen precepta
eius audieris. Benedictus tu in ciui
tate. t benedictus in agro. Benedictus
fructus uenteris tui. t fructus terre tue.
fructusq; iumentorum tuorum. greges
armentorum tuorum. t caule ouium tua
rum. Benedicta horrea tua. t benedicte re
liquie tue. Benedictus eris ingrediens
t egrediens. Dabit dominus inimicos
tuos qui surgunt aduersum te. corru
entes in conspectu tuo. per unam uiam
uenient contra te. t per vij fugient a facie
tua. Emittet dominus benedictionem
super celaria tua. t super opera manuum
tuarum. benedicetq; tibi in terra quam
acceperis. Suscitabit te dominus sibi
in populum sanctum. sicut iurauit tibi. si
custodieris mandata domini dei tui. t
ambulaueris in uiis eius. Videbuntq;
omnes terre nomen populi. q̄ nomen domini
inuocatum sit super te. t timebunt te.
Habundare te faciet dominus omni bo
nis. fructu uteri tui. t fructu iumen
torum tuorum. fructu terre tue. quas
iurauit dominus patribus tuis. ut det
tibi. Aperiet dominus thesaurum suum
optimum celum ut tribuat pluuiam
terre tue. in tp̄re suo. Benedicet cunc
peribus manuum tuarum. Et fenerabi
gentibus multis. tu pro nullo fenus ac
cipies. Constituet te dominus in ca
put. non in caudam. eris semper su
pra. non subtus. Si audieris mandata
domini dei tui. que ego precipio t
hodie. t custodieris t feceris. ac nō de
clinaueris abeis. nec ad dexteram nec
ad sinistram. nec sequeris deos
alienos. neq; colueris eos. Quod si audie
re nolueris uocem domini dei tui. ut
custodias t facias omnia mandata eius
et ceremonias que ego precipio
tibi hodie. uenient super te omnes
maledictiones iste. t apprehendent te.
Maledictus eris in ciuitate. t ma
ledictus in agro. Maledictum horreum
tuum. t maledicte reliquie tue. Ma
ledictus fructus uenteris tui. t fructus
terre tue. armenta boum tuorum. t gre
ges ouium tuarum. Maledictus eris
ingrediens. t maledictus egrediens. t
Mittet dominus super te famem. t febrim
tumefactionem. t omnia opera tua que
facies. donec conterat te. t perdat uelocit.
propter adinuentiones tuas pessimas.
in quibus reliquisti me. Adhereat tibi
dominus pestilentiam donec consumat
te de terra ad quam ingrediendum possi
dendam. Percutiat te egestate. febri et
frigore. t ardore. t estu. t aere corrupto.
t rubigine. t persequatur donec pereas.
Sit celum quod super te est eneum. t ter
ra quam calcas ferrea. Det dominus imbrem
terre tue pulueream. t de celo descendat
super te cinis. donec conteraris. Tradat
te dominus corruentem ante hostes tuos
per uiam unam egredieris contra eos. t per
vij. fugias. t dispergaris per omnia re
gna terre. Eritq; cadauer tuum in escam
cunctis uolatilibus celi. t bestiis terre. t non
sit qui abigat. Percutiat te dominus
ulcere egipti. t partem corporis pruri
ginis. t scabie quoq; t pru
gine. ita ut curari nequeas. Percutiat
te dominus amentia. t cecitate. ac furo
re mentis. t palpes in meridie. sicut
palpare solet cecus in tenebris. t non
dirigas uias tuas. Omnibusq; diebus calum
niam sustineas. t opprimaris uiolenta.
nec habeas qui liberet te. Uxorem accipi
as. t alius dormiet cum ea. Domum
edifices. t non habites in ea. Plantes ui
neam. t non uindemies eam. Bos tuus
immolatus coram te. t non comedas ex
eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo.
t non reddatur tibi. Oues tue tradan
tur inimicis tuis. t non sit qui te adiuuet.
Filij tui. t filie tue tradantur alteri pplo
uidensq; oculis tuis. t deficientibus
ad conspectum eorum totadie. t non sit
fortitudo in manu tua. Fructus terre
tue. t omnes labores tuos. comedat
populus quem ignoras. t sis semper
calumniam sustinens. t oppressus cūc
diebus. t stupens ad pauorem eorum.
que uidebunt oculi tui. Percutiat te
dominus ulcere pessimo in genibus. t
surris. sanariq; non possis a planta pe
dis usq; ad uerticem. Ducatq; te do

minus ⁊ regem eius quem constituens
super te. in gentem quam ignoras tu ⁊
patres tui. ⁊ seruies ibi diis alienis. ligno
⁊ lapidi. ⁊ eris perditus in proverbium
ac fabulam omnibus populis ad quos
te introduxerit dominus. Semen tuum
multum iacies in terram. ⁊ modicum
congregabis quia locuste omnia devo
rabunt. Vineam plantabis ⁊ fodies. ⁊ vi
num non bibes. nec colliges ex eis quip
piam. quia vastabitur vermibus. Oliua
filebis in omnibus terminis tuis. ⁊ non
ungeris oleo. quia deficient ⁊ peribunt.
Filios generabis ⁊ filias. ⁊ non frueris eis
quia ducentur in captiuitatem. Omnes
arbores tuas. ⁊ fruges terre tue rubigo
consumet. Aduena qui tecum versatur
in terra ascendet super te. eritque sub
limior. tu autem descendes. ⁊ eris infe
rior. Ipse fenerabit tibi. ⁊ non tu fenerabis
ei. Ipse caput. tu eris in caudam.
Ⅎ Venient super te omnes maledictio
nes iste. ⁊ persequentes apprehendent
te donec intereas. quia non audisti vo
cem domini dei tui. nec custodisti man
data eius. ⁊ ceremonias quas precepit
tibi. Erunt in te signa atque prodigia
⁊ in semine tuo usque in sempiternum.
eo quod non fueris domino deo tuo in
gaudio cordis ⁊ letitie. propter opu
lentiam omnium rerum. seruies inimico
tuo. quem immittet tibi dominus in fa
me ⁊ sitи. ⁊ nuditate ⁊ omnium penu
ria. ⁊ ponet iugum ferreum super cerui
cem tuam. donec te conterat. Adducet. ⁊
dominus super te gentem de longinquo
⁊ de extremis finibus terre. in similitu
dine aquile volantis cum impetu. ⁊
cuius linguam intelligere non possis.
gentem procacissimam que non de
ferat senem nec misereatur puerulo. ⁊ de
uoret fructum iumentorum. ac fru
ges terre tue donec intereas. ⁊ non re
linquat tibi triticum. vinum. oleum.
armenta boum. ⁊ greges ouium. donec
te disperdat. ⁊ conterat in cunctis ur
bibus tuis. ⁊ destruantur muri tui firmi at
que sublimes. in quibus habebas fiduciam
in omni terra tua. Obsidebis intra
portas tuas. ⁊ in omni terra quam ⁊
dabit dominus deus tuus. Et come

des fructum uteri tui. ⁊ carnes filio ⁊
filiarum tuarum. quas dabit tibi
dominus deus tuus. In angustia et
vastitate. que opprimet te hostis tui.
homo delicatus inter. ⁊ luxuriosus nul
te miserebitur fratri suo. ⁊ uxori que cubat
in sinu suo. nec dabit de carnibus filio ⁊
suorum quas comedet. eo quod nihil ei
pepercerit aliud in obsidione. ⁊ penuria q̄
vastabunt inimici tui intra portas
tuas. Tenera mulier ⁊ delicata
que super terram ingredi non valebat.
nec pedis vestigium figere propter mol
litiem ⁊ teneritudinem. miserebitur
viro sinu suo qui cubat in sinu eius. ⁊ fi
lio ⁊ filie carnibus illarum secundinas
que egrediuntur de medio feminis ei⁹.
⁊ super liberis quos eadem hora nati fuerit
Comedent enim eos clam pro rerum omni
penuria in obsidione ⁊ vastitate qua
opprimet te inimicus tuus. intra por
tas tuas. Si non custodieris ⁊ feceris om
nia verba legis huius que scripta sunt in li
bro uoluimine. ⁊ timueris nomen eius glo
riosum ⁊ terribile. hoc est dominum deum tuum
Augebit dominus plagas tuas. ⁊ plagas
seminis tui. plagas magnas ⁊ persecue
rantes. infirmitates pessimas ⁊ per
petuas. ⁊ conteret in te omnes egritudines
egypti. quas timuisti. ⁊ adherebunt ti.
Insuper ⁊ omnes languores ⁊ plagas.
que non sunt scripte in uoluimine legis
huius. inducet dominus super te. donec
te deleat. Et remanebitis pauci numero
qui prius eratis sicut astra celi prae mul
titudine. quia non audisti uocem domini
dei tui. Et sicut ante letatus est dominus
super uos. bene uobis faciens. uosque
multiplicans. sic letabitur disperdens
uos. atque subuertens. ut auferamini ⁊
de terra ad quam ingredieris possiden
dam. Dispergat te dominus in omnes
populos. a summitate terre usque ad finem
eius. ⁊ seruies ibi diis alienis. quos tu
ignoras ⁊ patres tui. ligno ac lapidibus
Ingentibus quoque illis non quiesces. ⁊
neque erit requies vestigio pedis tui. ⁊
Dabit enim tibi dominus cor pauidum.
⁊ deficientes oculos. ⁊ animam merore
consumptam. Et erit vita tua quasi pe
dens ante te. Timebis nocte ⁊ die. ⁊

LI BER

non circes uite tue. Quare dices. quis
michi detulerit tantum. quis mihi
dederit manne. propter cordis tui formidinem
qua terrebaris. et propter ea que tuis uide
bis oculis. Reduxerit te dominus classi
bus in egiptum per uiam de qua dixerat tib
uteam amplius non uideris. Ibi non
uenderis inimicis tuis in seruos et ancil
las. et non erit qui emat.

Hec sunt uerba foederis quod
precepit dominus moysi.
ut ferret cum filiis israel in
terra moab. preter illud fe
dus quod cum eis pepigerat oreb. Vo
cauitque moyses omnem israelem et di
xit ad eos. Vos uidistis uniuersa que
fecit dominus coram uobis in terra e
gipti pharaoni et omnibus seruis eius. u
niuersoque terre illius. temptationes.
magnas quas uiderunt oculi tui. signa
illa portentaque ingentia. et non dedit.
uobis dominus cor intelligens. et oc
los uidentes. et aures que non possint
audire. usque in presentem diem. Adu
xit uos quadraginta annis per deser
non sunt attrita uestimenta uestra. nec
calciamenta pedum uestrorum. uetustate
te consumpta sunt. Panem non comedi
stis. uinum et siceram non bibistis. ut
sciretis quia ego sum dominus deus uester.
Et uenistis ad locum hunc. Egressus
que est seon rex esebon. et og rex basan. ac
currens nobis ad pugnam. percussi
mus eos. et tulimus terram eorum. ac tradi
dimus possidendam. ruben et gad. et di
midie tribui manasse. Custodite ergo
uerba pacti huius. et implete ea. ut in
telligatis uniuersa que facitis. Vos sta
tis hodie cuncti coram domino deo uestro.
Principes uestri ac tribus. et maiores natu. et
qui super eos. omnis populus israel.
liberi uxores uestre. et aduena qui mora
tur in castris. exceptis lignorum cesori
bus. et his qui aquas portant. ut
transeas in federe domini dei tui. et ius
iurando quod hodie dominus deus
tuus percutit tecum. ut suscitet te sibi
in populum. et ipse sit deus tuus. sicut
locutus est tibi. et sicut iurauit patribus tuis.
abraam ysaac et iacob. Nec uobis solis
ego hoc fedus ferio. et hec iusiurandum sanc

mo. sed cunctis presentibus et absentibus. Vos
enim nostis quomodo habitauerimus in
terra egipti. et quomodo transierimus
per medium nationum. quas transeu
tes uidistis abhominationes et sordes.
et uana eorum. lignum et lapidem. ar
gentum et aurum que colebant. Ne
forte sit inter uos uir. aut mulier. fami
lia aut tribus. cuius cor auertatur hodie
a domino deo nostro. ut uadat et ser
uiat dis illarum gentium. et sit inter uos
radix germinans fel et amaritudinem.
Cumque audierit uerba iuramenti huius.
benedicat sibi in corde suo dicens. Pa
ream michi. et ambulabo in prauita
te cordis mei. et assumat ebria sitientem.
et dominus non ignoscat ei. sed tunc que
maxime fumet. et zelus et
hominem illum. et sedeant super illum
omnia maledicta que scripta sunt in
hoc uolumine. et deleat nomen eius sub
celo. et segregabit eum in perditionem ex
omnibus tribubus israel. iuxta maledic
tiones que libro legis huius ac fedetis
continentur. Dicetque sequens genera
tio. et filii qui nascentur de posteris. et pere
gri qui de longe uenerint. uidentes pla
gas terre illius. et infirmitates. quibus
eam afflixerit dominus. sulphure et so
lis ardore exuretur. ita ut ulterius non se
ratur. nec uirens quippiam germinet.
in exemplum subuersionis sodome
et gomorre. adame et seboim. quas sub
uertit dominus in ira et in furore suo. et
dicent omnes gentes. Quare sic fecit
dominus terre huic. Que est hec ira fu
rens eius immensa. Et respondebunt.
Quia dereliquerunt pactum domini.
quod pepigerat cum patribus eorum. quando
eduxit eos de terra egipti. et seruierunt
diis alienis. et adorauerunt eos quos
nesciebant. et quibus non fuerant attri
buti. Idcirco uratus est furor domini ter
re istius. ut induceret super eos
omnia maledicta que in hoc uolumine
scripta sunt. et eiecit eos de terra sua. i
ra et furore et indignatione maxima.
Proiecitque in terram alienam. sicut
hodie probatur. Abscondita domino
deo nostro. que manifesta sunt uobis et
filiis nostris. usque in eternum. et faciam



MOI SE

uniuersa legis huius. XXX

Quum ergo uenerint super te omnes sermones isti. benedictio sine maledictio quam proposui in conspectu tuo. et ductus penitudine cordis tui. in omnibus gentibus in quas disperserit te deus tuus. Reuersus fueris ad eum. et obediens eius imperio. sicut hodie precipio tibi cum filiis tuis in toto corde tuo et in tota anima tua. Reducet dominus deus tuus captiuitatem tuam. ac miserebitur tui. et rursum congregabit te de cunctis populis in quos te ante dispersit. Si ad cardines celi fueris dissipatus inde te reuocabit dominus deus tuus. et assumet atque introducet in terram quam possederunt patres tui. et obtinebis eam. et benedicens tibi. multos numero ditare te faciet. quam fuerunt patres tui. Circumcidet dominus deus tuus cor tuum. et cor seminis tui. ut diligas dominum deum tuum in toto corde tuo. et in tota anima tua. et possis uiuere. Omnes maledictiones has conuertet dominus super inimicos tuos. et eos qui oderunt te. et persequentur. Tu autem reuerteris. et audies uocem domini dei tui. faciesque uniuersa mandata que ego precipio tibi hodie. Et benedicet tibi faciet dominus deus tuus. in cunctis operibus manuum tuarum. in sobole uteri tui. et in fructu iumentorum tuorum. in uberitate terre tue. et in pecorum largitate. Reuertetur enim dominus ut gaudeat super te in omnibus bonis. sicut gauisus est in patribus tuis. si tamen audieris uocem domini dei tui. et custodieris precepta eius. et cerimonias que in hac lege scripte sunt. et reuersus fueris ad dominum deum tuum. in toto corde tuo. et in tota anima tua. Mandatum quod ego precipio tibi hodie. non supra te est. neque procul positum nec in celo situm. ut possis dicere. Quis nostrum ad celum ualet ascendere. ut deferat illud ad nos. et audiamus atque opere compleamus. Neque trans mare positum. ut causeris et dicas. Quis est nobis qui transfretare possit ut marc. et illud ad nos usque deferre ut possimus audire. et facere quod preceptum est. Sed iuxta est

sermo uidelicet in ore tuo. et in corde tuo ut facias illum. Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo. uitam et bonum. et econtrario mortem et malum. ut diligas dominum deum tuum. et ambules in uiis eius. et custodias mandata illius. et cerimonias atque iudicia. et uiuas ac multiplicet te. benedicatque tibi in terra ad quam ingredieris possidendam. Si autem auersum fuerit cor tuum. et audire noluerit. atque errore deceptus adoraueris deos alienos. et seruieris eis. predico tibi hodie. quod pereas. et parum diu moreris in terra. ad quam iordane transmisso ingredieris possidendam. Testes inuoco hodie celum et terram. quod proposuerim uobis uitam et bonum. benedictionem et maledictionem. Eligite ergo uitam. ut et tu uiuas et semen tuum. et diligas dominum deum tuum. atque obedias uoci eius. et illi adhereas. Ipse enim uita tua et longitudo dierum tuorum. ut habites in terra. pro qua iurauit dominus patribus tuis. abraam ysaac et iacob. ut daret eam illis. XXXII

Ingressusque moyses. locutus est omnia uerba hec ad uniuersum israel. et dixit ad eos. Centum et uiginti annorum sum hodie. non possum ultra egredi et ingredi prohibente et dominus dixerit mihi. Non transibis iordanem istum. Dominus ergo deus tuus transibit ante te. Ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo. et possidebis eas. Et iosue iste transibit ante te. sicut locutus est dominus. Faciesque eis dominus. sicut fecit seon et og reg amorreorum. et terre eorum. delebitque eos. Cum ergo hec ei dixerit dominus. similiter facietis eis. sicut precepi uobis. Uiriliter agite et fortiter. Nolite timere. nec paueatis aspectum eorum. quia dominus deus tuus. ipse est ductor tuus. et non dimittet nec derelinquet te. Uocauitque moyses iosue. et dixit ei coram omni israel. Confortare et esto robustus. Tu enim introduces populum istum in terram quam iurauit dominus patribus eorum. ut eam sorte diuidas. Et dominus qui ductor uie est. ipse erit tecum. non dimittet



LIBER

nec derelinquet te. Noli timere nec
pauescas. Scripsitq; moyses le
gem hanc. & tradidit eam sacerdo
tib; filijs leui. qui portabant archam
fœderis domini. & cunctis seniorib; isrl.
precepitq; eis dicens. Post vij annos
anno remissionis in solemnitate tabe
naculorum. cum venerit omis isrl. ut
appareant in conspectu domini dei tui
in loco quem elegerit dominus. legem
uerba legis huius. coram omni isrl
audientib; eis. & unum omm pplm
congregato. tam uiris q; mulieribus. pa
uulis & aduenis qui sunt intra portas
tuas. ut audientes discant & timeant
dominum deum uestrum. & custodiant
impleantq; omnes sermones legis hu
ius. Filij quoq; eorum qui nunc igno
rant. ut audire possint. & timeant dñm
deum suum cunctis diebus quibus uersant
in terra ad quam uos ingredi & possi
dere gentes properatis. Et ait dominus
ad moysen. Ecce prope sunt dies
mortis tue. Voca iosue & state in taber
naculo testimonij. ut precipiam ei. Abi
erunt ergo moyses & iosue. & steterunt
in tabernaculo testimonij. Apparuitq;
dominus ibi in columna nubis. quę
stetit in introitu tabernaculi. Dixitq;
dominus ad moysen. Ecce tu dormi
es cum patribus tuis. & populus iste sur
gens fornicabitur post deos alienos. i
terra ad quam ingredietur habitator
ca. Ibi derelinquent me. & irritum fa
cient fœdus quod pepigi cum eo. Et
succensa furore meus ira contra eum in die
illo. & derelinquam eos. & abscondam
faciem meam ab eis. & erunt in deuora
tionem. Inuenient eum omnia ma
la & afflictiones. ita ut dicant in illo die.
Vere quia deus non est mecum inuenerunt
me hec mala. Ego autem abscondam
& celabo faciem meam in die illo pp̃
omnia mala que fecit. quia secutus
est deos alienos. Nunc igitur scribite
canticum istud. & docete filios isrl.
ut memoriter teneant & ore decantent.
sit michi carmen istud pro testimo
nio inter filios isrl. Introducam eos
cum in terram fluentem lacte & melle manantē. Cumq;
comederint & saturati crassi fuerint.
auertentur ad deos alienos. & seruient
eis. & detrahent michi & irritum faci
ent pactum meum. Postq; inuene
rint eum multa mala & afflictiones
respondebit canticum istud pro te
stimonio. q; nulla delebit oblitio
ex ore seminis tui. Scio enim cogita
tiones eius. que facturus sit hodie ei
antequam introducam eum in terram
ci pollicitus sum. Scripsit ergo moy
ses canticum. & docuit filios isrl. Et
precepitq; dominus iosue. filio nun
& ait. Confortare & esto robustus. Tu
enim introduces filios isrl in terram
quam pollicitus sum. & ego ero tecum.
Postq; ergo scripsit moyses uerba le
gis in uolumine atq; explenit. præce
pit leuitis qui portabant archam fœde
ris domini. dicens. Tollite librum istum
& ponite illum in latere arche fœde
ris domini dei uestri. ut sit ibi contra te
monium. Ego enim scio cognitionem tuā
& cervicem tuam durissimam. Adhuc
uiuente me & ingrediente uobiscum
semper exacerbatis dominum. quanto
magis cum mortuus fuero. Congregate ad me omnes maiores
natu. per tribus uestras atq; doctores. & di
lequar audientibus eis sermones istos.
& inuocabo contra eos celum & terram. Ego
enim cognoui interitum meum. cito
agetis. & declinabitis cito de uia quā
præcepi uobis. & occurrent uobis mala
in extremo tp̃e. quando feceritis ma
lum in conspectu domini. ut irritetis e
um per opera manuum uestrarum. Lo
cutus è ergo moyses audiente uniuer
so cœtu filiorum isrl. uerba cantici
huius. & ad finem usq; complenit.

Audite NXXII

Celi que loquor. audiat
ur uerba oris mei. Cadat
sicut pluuia doctrina
mea. fluat ut ros eloquium meum. Ut
Quasi imber super herbam. & quasi
stille super gramina. quia nomen domi
ni uocabo. Date magnificentiam deo
nostro. Dei perfecta sunt opera & omnes
uie eius iudicia. Deus fidelis & absq;
ulla iniquitate iustus & rectus. Dec

cauerunt ei r non filij eius in sordibus
Generatio praua atq; peruersa. hec
ne rectis domino populus stulte r insci
piens? Nunquid non ipe è pater tuus
qui possedit te. r fecit r creauit te. Me
mento dierum antiquorum cogita ge
nerationes singulas. Interroga pa
trum r annuntiabit tibi maiores tuos
r dicent tibi. Qñ diuidebat altissimus
gentes. qñ separabat filios adam. Co
stituit terminos populorum iuxta
numerum filiorum israel. pars aut
domini populus eius. iacob funiculus
hereditatis eius. Inuenit eum in terra
deserta. in loco horroris r in aspe
ritate solitudinis. Circumduxit eum r docuit
custodiuit. quasi pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocans ad uolandum
pullos suos. r super eos uolitans. expa
dit alas suas. r assumpsit eum atq;
portauit in humeris suis. Dominus
solus dux eius fuit. r non fuit cum eo
deus alienus. Constituit eum super
excelsam terram. ut comederet fruc
tus agrorum. ut sugeret mel de petra
oleum de saxo durissimo. butyrum de
armento. r lac de ouibus cum adipe ag
norum r arietum filiorum basan. r hir
cos cum medulla tritici. r sanguinem
uue merum bibisti. Incrassatus è dilec
tus meus. r recalcitrauit. incrassatus
impinguatus. dilatatus. dereliquit
deum factorem suum. r recessit a deo
salutari suo. Prouocauerunt eum in
dijs alienis. r in abominationibus
ad iracundiam concitauerunt. Immo
lauerunt demonijs r non deo. dijs
quos ignorabant. Noui recentesq;
uenerunt quos non coluerunt patres
eorum. Deum qui te genuit dereliq
sti. r oblitus es dominum creatorem tui.
Vidit dominus r ad iracundiam ce
pit quia prouocauerunt eum filij
sui r filiæ. r ait. Abscondam faciem
meam ab eis. r ostendam quid nouissima
eorum. Generatio enim peruersa est.
r infidelis filij. Ipsi me prouocauerunt
in eo qui non erat deus. r irritauerunt
in uanitatibus suis. Et ego prouocabo
eos. in eo qui non est populus. r in gen
te stulta irritabo illos. Ignis succen
sus est furore meo. r ardebit usq; ad
inferni nouissima. Devorabitq; ter
ram cum germine suo. r montium funda
menta comburet. Congregabo super eos
mala. r sagittas meas complebo in eis.
Consumentur fame. r deuorabunt
eos aues morsu amarissimo. Dentes
bestiarum immittam in eos cum furore
tollentium super terram. atq; spetum
serpentis uastabit eos gladius. r intus pa
uor. iuuenem simul ac uirginem lac
tantem cum homine sene. Et dixi
ubinam sunt. Cessare faciam eos
de memoriam eorum. si propter inimi
corum distuli. ne forte superbirent hostes eorum r dicerent. Manu
nostra excelsa. r non dominus fecit hec
omnia. Gens absq; consilio è. r sine pru
dentia. Vtinam sapirent r intelligerent
ac nouissima prouiderent. Quomodo
persequebatur unus mille. r duo fugarent
decem milia. Nonne ideo quia dominus uendidit eos. r dominus conclusit
illos. Non enim è deus noster r deus eo
rum. r inimici nri sunt iudices. De
uinea sodomorum uinea eorum. et
suburbanis gomorre. Uua eorum uua
fellis. botrus amarissimus. Fel draco
onum uinum eorum. r uenenum aspi
dum insanabile. Nonne hec condita sunt
apud me. r signata in thesauris meis.
Mea è ultio r ego retribuam eis in tpe.
ut labatur pes eorum. Iuxta è dies perditionis. r adesse festinant tpia. Iudi
cabit dominus populum suum. r in
seruis suis miserebitur. Videbit dominos quia infirmata è manus. r clausi quoq;
defecerunt. residuiq; consumpta sunt.
Et dicent. Vbi sunt dii eorum in q̃bus
habebant fiduciam. de quorum uictimis co
medebant adipes. r bibebant uinum libaminum. Surgant r opitulentur uo
bis. r in necessitate uos protegant.
Videte q̃ ego sum solus. r non sit alius
deus preter me. Ego occidam r ego u
uificare faciam. percutiam r ego sana
bo. r non è qui de manu mea possit e
ruere. Leuabo ad celum manum meam. r
dicam. Viuo ego in eternum. si acue
ro ut fulgur gladium meum. et arri
puerit iudicium manus mea. Reddā

LIBER

ultionem hostibꝰ meis. ꝛ his qui oderit me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine: gladius meus deuorabꝫ carnes. De cruore occisorum. ꝛ de capitate nudati. inimicorum capitis. Laudate gentes populum eius. quia sanguinem seruorum suorum ulciscetur. Et ultionem retribuet in hostes eius. ꝛ propitiabit terre populi sui. Venit ergo moyses. ꝛ locutus è omnia uerba cantici huius in auribꝰ populi. ipe et iosue filius nun. Completisq; ꝰ sermones istos. locutus ad uniuersum israel. ꝛ dixit ad eos. Ponite in cordibꝰ uestris omnia uerba mea. ꝛ ego testificor uobis hodie. ut mandetis ea filiis uestris. custodire ꝛ facere. ꝛ implere uniuersa que scripta sunt in uoluimine legis huius. quia non in cassum precepta sunt uobis. sed ut singuli in eis uiuerent. que facientes longo perseueretis tpe in terra. ad quam ingredientes transmissio iordane possidebitis. Locutusq; è dns ad moysen in eadem die dicens. Ascende ad montem istum abarim. ꝛ est transitum in monte nebo. qui è in terra moab ꝓtra iericho. ꝛ uide terram chanaan quam ego tradam filiis israel obtinendam. ꝛ morere in monte. Quem ascendens iungeris populis tuis. sicut mortuus è aaron frater tuus in monte or. ꝛ apposit populis suis. quia peccastis contra me. in medio filioꝝ israel. ad aquas ꝯradictionis in cades deserti sin. ꝛ non sanctificastis me in medio filioꝝ israel. Et uidebis terram ꝛ non ingredieris eam quam ego dabo filiis israel.

XXXIIII

Et è benedictio qua benedixit moyses homo dei filiis israel. ante mortem suam. ꝛ ait. Dominus de syna uenit. ꝛ de seir ortus est nobis. Apparuit de monte pharan. ꝛ cum eo milia sanctorum. In dextera eius ignea lex. Diligit populos. Omnes sci in manu eius sunt. Et q appropinquant pedibꝰ eius accipiet de doctrina illius. Legem precepit nobis moyses. hereditatem multitudinis iacob. Erit apud rectissimum rex. congregatis principibꝰ populi. cum tribubꝰ israel. Viuat ruben. ꝛ non moriatur. ꝛ sit paruus in numero. Hec autem benedictio. Iudi domine uocem iude. ꝛ ad populum suum introduces eum. manus eius pugnabunt pro eo. ꝛ adiutor illius ab aduersariis eius eris. Leui quoq; ait. Perfectio tua ꝛ doctrina tua. uiro sancto. quem tu probasti in temptatione. ꝛ iudicasti ad aquas ꝯradictionis. Qui dixit patri suo. ꝛ matri mee. nescio uos. ꝛ fratres suos non agnouit. ꝛ nescierunt filios suos. hi custodierunt eloquium tuum. ꝛ pactum tuum seruauerunt. iudicia tua o iacob ꝛ legem tuam o israel. Ponent thimiama in furore tuo. ꝛ holocaustum super altare tuum. Benedic domine fortitudini eius. ꝛ opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius. ꝛ qui oderunt eum non resurgant. Et beniamin ait. Amantissimus domini. habitauit confidenter in eo. Quasi in thalamo tota die morabitur. ꝛ inter humeros illius requieuit. Ioseph quoq; ait. De benedictione domini terra eius. de pomis celi. ꝛ rore. atq; abysso subiacente. De pomis fructuum. solis ac lune. De uertice antiquorum montium. de pomis collium eternorum. De frugibus terre ꝛ plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo ueniat super caput ioseph. ꝛ super uerticem nazarei inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. cornua rinoceron. cornua rinoceronis. cornua illius. In ipis uentilabit gentes. usq; ad terminos terre. Hec sunt multitudines ephraim. ꝛ hec milia manasse. Et zabulon ait. Letare zabulon in exitu tuo. ꝛ yssachar in tabernaculis tuis. populos ad montem uocabunt. ibi immolabunt uictimas iustitie. Qui inundationem maris quasi lac suggent. ꝛ thesauros absconditos arenarum. Et gad ait. Benedictus in latitudine gad. Quasi leo requieuit cepitq; brachium ꝛ uerticem. Et uidit principatum suum. q in parte sua doctor est repositus. Qui fuit cum principibꝰ populi. ꝛ fecit iustitias domini. ꝛ iudicium suum cum israel. Dan q; ait. Dan catulus leonis. fluctuabit de basan. Et neptalim dixit. Neptalim habundantia perfruetur. ꝛ plenus e

MOISE

ur benedictionib⁹ domini. mare ⁊ meridiem possidebit. Aser quoq; ait. Benedictus in filijs aser. Sit placens in fr̄ibus suis. Tinguat in oleo pedem suum. ferrum ⁊ calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tue. ita ⁊ senectus tua. ℟ Non est deus alius ut deus rectissimi. Ascensor celi. auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes. habitaculum eius sursum. ⁊ subter brachia sempiterna. Eiecit a facie tua inimicum: dixitq; Contere. habitabit israel confidenter ⁊ solus. Oculus iacob in terra frumenti. ⁊ uini. celiq; caligabunt roris. Beatus es israel. Quis similis tui popule qui saluaris in domino? Scutum auxilij tui. ⁊ gladius glorie tue. ℟ Negabunt te inimici tui. ⁊ tu eorum colla calcabis.

XXXIIII

Ascendit ergo moyses de campestribus moab. super montem nebo. in uerticem phasga q̄ respicit iericho. Ostenditq; dominus omnem terram galaad. usq; dan. ⁊ uniuersum nepthalim. terramq; ephraim. ⁊ manasse. omnemq; terram iuda. usq; ad mare nouissimum. ⁊ australem partem ⁊ latitudinem campi iericho ciuitatis palmarum usq; segor. Dixitq; dominus ad eum. Hec est terra pro qua iurauj abraam. ysaac ⁊ iacob. dicens semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis. ⁊ non transibis ad illam. Mortuusq; est ibi moyses seruus domini in terra moab. iubente domino. ⁊ sepelierunt eum in ualle terre moab. contra phegor. ⁊ non cognouit homo sepulcrum eius usq; in presentem diem. Moyses centum xx. annorum erat q̄n mortuus est. Non caligauerunt oculi eius. nec dentes illius mouti sunt. Fleuerunt eum filij israel in campestribus moab triginta diebus. Et cōpleti sunt dies planctus luctus mo yses. Josue filius nun. repletus spiritu sapie. quia moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij israel. feceruntq; sicut precepit dominus moysi. Et non surrexit propheta ultra in israel sicut moyses. quem nouit dominus facie ad faciem. in omnibus signis atq; portentis. que misit per eum. ut faceret in terra egypti. pharaoni ⁊ omnibus seruis eius. uniuersoq; terre illius. ⁊ ualti manum robustam. magnaq; mirabilia. que fecit moyses coram uniuerso israel.

Explicit deuteronomium. Incipit prologus sci ieronimi pbri in librū iosue.



Antem finito pentateuco moysi. uelut quodam testore liberatus ad iesu filium naue. manu missum quem ebreci iosue bennun. iosue filium uocant. et ad iudicum librum q̄s sophim appellant. Addunt quoq; res quas isdem nominibus efferunt. Nouemus quoq; lectorem. ut siluam hebraicorum. ⁊ distinctiones per membra diuisas diligens scriptor sequatur. ne ⁊ nr̄i labor. ⁊ illius studium pereat. ⁊ ut p̄mis q̄ sepe testatus sum sciat me non in reprehensione ueterum. noua cudere. sicut amici mei criminantur. si pro ulla parte offendere lingue mee hominibus. quos tibi mira delectant. ut pro greco uerba plosis que ⁊ sumpta ⁊ labore maxio indigent. editionem meam legant. ⁊ si cubi in antiquorum uoluminū lectione dubitant. Hec illis referentes innotescat. quod requirunt. Quarum cum apud latinos. tot sint exemplaria. quot codices. ⁊ unusquisq; pro arbitrio suo. uel addidit. uel subtraxit. quod ei uisum est. ⁊ utiq; non possit uerum esse quod discordat. Unde cessat arcuato uultu contra nos insurgere scorpius. ⁊ scindat ueneno tacta carpere lingua desistat. uel suscipiens si placet. uel contemnens si displicet. meminerit q; illorum uerbis. Os autem habuit multa. ⁊ lingua eius ardebat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. ⁊ aduersus filium matris tue ponebas scandalum. Hec feci



EXPLICIT LIBER MOISE

INCIPIT LIBER IOSVE

ſti z tacui. Chriſtum aſſi miq; q̄ eio z
tui ſimilis. Anguam ꝛ: ꝛidiam cor
facie tuam. Quis enim audiendo. l
legentis utilitas ẽ. nos laborando ſu
dare. talios ꝛemiberno laborare zelē
uideos q̄ calumniandi eis. z ut nūq̄d
tamen ſit ablati occaſio. z eccl'e hoies
to deſpiciat. imo lacerare. unde z aoi
ſanj torqueant. Q; ſuperuacuis eis tñ
uterpremo placet. q̄ z mihi non
diſpicet. z nichil certa ꝛeipienoum
putant. cui ea q̄ ſubtrahi cis. l'obel.
ut arduus ſunt uel amputata legunt z
negligunt. Quam ob eandem uitia de
odonis admonuem eccl'e ſuſcepit
Cui origenem imitamur. z euſebium
pamphili etas editiones ſimiliter diſ
ferentes. ſint q̄ ſunt ſtultitia poſſi
uera uiderunt. profecto q̄ falſa ſunt
Vnde earum noua teſtamto probare po
tuimus aſſumpta teſtimonia. quem li
bas uetenbion beruus. hoc dicimus
ne cui o calumniandi occaſio tacere uideam.
Certum poſt ſcē pauli admonitem.
cuius uti nullus exemplum ẽ. z hos
libros q̄ os cuſtodia uigili ẽ negligen
ter ceteris dum ſpūs hoc ingerit arbi
tris prophanum explanationi incumbere
omiſſum iam diu opus. quaſi quedas
poſtliminio reparare. preſertim cum ad
mirabile ſcripſerit primachus hoc i
dem lumine flagitet. nos ad piam fe
ſtinantes mortiferos ſue hanni cauni
ſuetudo celemus ante tranſire.

Ius filius naue typū
gerit. non ſolum in
greſſu. uerum etiam in
nomine gerens. tranſiu
torum em. hoſtium reg
ſubuertit. duxit tamen uictor ipſo
z per ſingulas urbes. uiculos. mon
ſtruosa ſimulacra atq; ſculpta. eccle
celeſtiſq; ieiunia ſpūalia regna de
ſcribit.

ſcius
ẽ ut
poſt
mor
tem
mo
ſen ſuum dominum laqueretur. omnes ad
ioſue filium unum. unum ſtruunt mon
ſtrum. Moyſes fuus uocabulum
tuus ẽ. ſinge z tranſi tota cetus iſra
el. tantis populus meum. unum
quam ego calcauerit uestigium
locum quem calcauerit uestigium pedis
uri nobis tantum. ſeu ſcripta tua
mouit. Ad ſtructuram enim ſepulchri
unum magnum ſufficiet. cum tota
ecclesiam. uſq; ad mare magnum. a
ſolis occaſum. cui tumulo eſſe
lus poterit. nitidem ne uiuentes ſepel
uiue. Quanto. cum mortuis ſe
re tecum. Nouimus ſepulchra
quam te. Contemnit ſepulchrum
Cui etiam ſoli uiuentes populi hunc
tribuit. pro qua tam pulchra ui
tutem cum illis. Confitentur igit

resto robustus ualde. ut custodias et facias omnem legem. quam precepit tibi moyses famulus meus. Ne recedas ab ea ad dextram uel ad sinistram. ut intelligas cuncta que agis. Non recedat uolumen legis huius de ore tuo. sed meditaberis in eo die ac nocte. ut custodias et facias omnia que scripta sunt in eo. Tunc uias tuas uidebis. et intelliges eam. Ecce precipio tibi. ut confortare et esto robustus. Noli metuere et non timere. quia tecum est dominus deus tuus. in omnibus ad quecumque perexieris. Precepitque iosue principibus populi dicens. Transite per medium castrorum. et imperate populo dicentes. Preparate uobis cibaria. quia post triduum hoc transibitis iordanem. ut possideatis terram. quam dominus deus uester tradit uobis. Rubenis quoque et gadeis et dimidie tribui locutus est iosue. dicens. Memento eloquii quod precepit uobis moyses famulus domini dicens. Dominus deus uester requiem dedit uobis et hanc omnem terram. Uxores uestre filii uestri ac cuncta animalia manebunt in terra. quam tradidit uobis moyses trans iordanem. Uos autem armati antecedite fratres uestros. omnes fortes manu. et opitulamini eis. donec det dominus requiem fratribus uestris. sicut uobis dedit. et possideant et ipsi quoque terram. quam dominus deus uester tradit eis. Et sic reuertemini in terram possessionis uestre. habitabisque in ea. quam uobis dedit moyses famulus domini. trans iordanem contra orientem. Dixerunt ergo ad iosue. Omnia que precepisti nobis faciemus. et quacumque miseris ibimus. Sicut oboediuimus in cunctis moysi. ita oboediemus et tibi. tantum sit dominus deus tuus tecum. sicut fuit cum moyse. Qui quicumque contra imperium tuum. et non oboedierit cuncte sermonibus quos precepisti. morietur. tu tantum confortare et viriliter age.

Misit ergo iosue filius nun de setim duos uiros explo ratores in abscondito dicens. Ite et consideratе terram. urbemque iericho. Qui pgrē

ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine rahab. et quieuerunt apud eam. Nunciatum est autem regi iericho. Ecce uiri ingressi sunt huc per noctem de filiis israel. ut explorarent terram. Misit ergo rex ad rahab. dicens. Educ uiros qui uenerunt ad te. et ingressi sunt domum tuam. Exploratores enim uenerunt. Tollensque mulier uiros abscondit et ait. Fateor uenerunt ad me. sed nesciebam unde essent. Cumque porta claudenda tenebre. et illi pariter exierunt. Nescio quo abierint. persequimini cito. et apprehendetis eos. Ipsa autem fecerat ascendere uiros in solarium domus sue. operuitque eos linteis que ibi erant. Hi autem qui missi fuerant secuti sunt eos per uiam que ducit ad uada iordanis. Portis egressis statim porta clausa est. Nec dum hi obdormierant qui latebant. et ecce mulier ascendit ad eos. et ait. Novi quod dominus tradiderit uobis terram. et ceciderit timor noster super uos. et formident cuncti omnes habitatores terre. Audiuimus quippe siccauerit dominus aquas maris rubri ad uestrum introitum qui egressi estis de egypto. et quid fecerit duobus amoreorum regibus qui erant trans iordanem. Sehon et og. quos interfecistis. Et hec audientes pertimuimus. et elanguit cor nostrum. nec remansit in nobis spiritus ad introitum uestrum. Dominus enim deus uester ipse est deus in celo sursum. et in terra deorsum. Iurate ergo mihi per dominum. ut quomodo ego feci uobiscum misericordiam. ita et uos faciatis cum domo patris mei. et tradite michi signum ueritatis. saluetis patrem meum et matrem meam fratres meos et sorores meas. et omnia que eorum sunt. et liberare animas nostras de morte. Qui respondentes dixerunt. Anima nostra sit pro uobis in mortem. si tu non prodideris nos. Cumque tradiderit nobis dominus terram. faciemus tibi misericordiam et ueritatem. Dimitte ergo eos per funem de fenestra. Domus enim eius herebat muro. Dixitque ad eos. Ad montana declinate. ne forte occurrant nobis reuertentes. Septem autem die





IOSVE

bo trib⁹ donec redeant. ⁊ sic ibitis per
am uiam. Qui dixerunt ad eam. Sicut
ꝙ etiamus a uia ista hoc. quo admittat
nos. si ingredientib⁹ nobis terra. signū
non fuerit funiculus iste coccineus.
ligaueris eum in fenestra per quā nos
dimisisti. ⁊ piem tuum ac matrem. fra
qꝫ tomnē cognationem aggregaueris i
tomum tuam. Qui ostium domus ē
egressus fuerit. sanguis ipius erit ca
puteius. ⁊ nos eimus alieni. Cuicūq
autem sanguis qui tecum fuerit in
tomo. redundabit in caput nim. si eos
quis tetigerit. Si nos prodere uoluis
⁊ sermonem istum proferre in medium
eimus mundi ab hoc iuramto quo ad
uitastis nos. Et illa respondit. Sicut
locuta estis. ita fiat. Dimittensqꝫ eos
ut pergerent. appendit funiculum co
cineum in fenestra. Illi uero ambulan
tes peruenerunt ad montana. ⁊ mansē
runt ibi tres dies. donec reuerterentur
qui fuerant persecuti. Quesierunt eos
per omnem uiam. non reperierunt eos
Quib⁹ urbem ingressis reuersi sunt:
⁊ descenderunt exploratores de monte.
Et iordane transmisso. uenerunt ad
iosue filium nun. Narrauerunt qꝫ ei
omnia que accidissent sibi. atqꝫ dixerūt
Tradidit dominus in manus nras ter
ram hanc. ⁊ timore prostrati sunt o
mnes habitatores eius.

IGitur iosue de nocte surgens mouit castra. Egre
dientesqꝫ de sethim uene
runt ad iordanem. ipe ⁊ cū
filij israel. ⁊ morati sunt ibi per tres dies.
Quib⁹ euolutis transierunt precones
per castrorum medium. ⁊ clamare cepe
runt. Quā uideritis archam federis do
mini dei uri. ⁊ sacerdotes stirpis leui
ce portantes eam. Vos quoqꝫ surgite.
⁊ sequimini procedentes. sitqꝫ inter uō
⁊ archam spatium cubitor⁹ duor⁹ mil
lium. ut magis procul uidere possitis. ⁊
nosse per quam uiam ingrediamini. q
quia prius non ambulastis per eam.
⁊ cauete ne appropinquetis ad archam.
Dixitqꝫ iosue ad populum. Sanctificami
ciras enim faciet dominus inter uos
mirabilia. Et ait ad sacerdotes. Tol

lite archam federis. ⁊ precedite populū.
Qui tulla⁹ portantes tulerunt. ⁊ ambu
lauerunt ante eos. Dixitqꝫ dominus
ad iosue. Hodie incipiam exaltare te
coram omni israel. ut sciant qꝫ sicut
cum moyse fui. ita ⁊ tecum sum. Tu
aut precipe sacerdotib⁹ qui portant ar
cham federis. ⁊ dic eis. Cum ingressi
fueritis partem aque iordanis. stabitis
ea. Dixitqꝫ iosue ad filios israel. Acce
dite huc. ⁊ audite uerba dominī dei uri.
Et rursum. In hoc inquit scietis qꝫ uiꝫ
deus uiuens in medio uri ē. ⁊ dispēdet
in conspectu uro. chananeum. ⁊ hetheum.
⁊ euheum ⁊ pherezeum. gergeseum quoqꝫ
⁊ amorreum ⁊ iebuseum. Ecce archa
federis domini omnis terre. antecedet
nos per iordanē. Parate uobis. uniꝫ de
bub⁹ israel. singulos per singulas tribꝫ
Et cum posuerint uestigia pedū uroꝝ.
sacerdotes qui portant archam domi
dei unuerse terre in aquis iordanis. ⁊
aque que influunt. descendent
atqꝫ deficient. Que aut de superiore
in una mole sistent. Igitur egressus ē
populus de tabernaculis suis ut tran
sirent iordanem. ⁊ sacerdotes qui por
bant archam federis. pergebant ante eū.
Ingressisqꝫ eis iordanem. ⁊ pedib⁹ eoꝝ
tinctis in parte aque. iordanis autem
ripas aluei sui tp̄e messis impleuerat.
steterunt aque descendentes in uno lo
co. ⁊ instar montis unius crescentes. ap
parebant procul ab urbe que uocatur
edom. usqꝫ ad locum sarthan. Que ⁊
influunt. in mare solitudinis. q
quod nunc uocatur mortuum. descē
derunt usqꝫ quo omnino deficerent. Po
pulus aut incedebat iordanem. ⁊ sac
dotes qui portabant archam federis
tomini. stabant super siccam humū
in medio iordanis accincti. omnisqꝫ
populus per alueū transibat.

QVibus
transgressis. dixit dominus
ad iosue. Eligite uobis
singulos per singulas trib⁹.
⁊ precipite eis. ut tollant de medio iorda
nis alueo ubi stetere. ⁊ sacerdotum pe
des uig. durissimos lapides. quos posi
tis in loco castrorum. ubi fixeritis hac



nocte tentoria. Precauitq; iosue xij uiros. quos elegerat de filijs israel. singulos de tribubꝫ singulis. ꝛait ad eos. Ite ante archam dominj dei uri ad iordanis medium. ꝛportate unde singuli singulos lapides in humeris uris iuxta nũꝝ filiorum israel. ut sit signum inter uos. Et qñ interrogauerint uos filij uri eorꝫ dicentes. quid sibi uolunt isti lapides. indicabitis eis. Defecerunt aque iordanis ante archam federis domini. cum transiret eam. Propterea posita sunt lapides isti. in monimentum filiorum israel usqꝫ in eternum. Fecerunt ergo filij israel sicut eis precepit iosue. portantes de medio iordanis aluco xij lapides. ut ei dominus imperauerat iuxta nũm filiorum israel. usqꝫ ad locum ubi castra metati sunt. ibiqꝫ posuerunt eos. Alios ꝛo xij. lapides posuit iosue in medio iordanis aluco ubi steterunt sacerdotes qui portabant archam federis. ꝛerãsitq; ibi usqꝫ in presentem diem. Sacerdotes aũt qui portabant archam. stabant in iordanis medio. donec omnia ꝑficerentur. que iosue ut loqueretur ad populum preceperat dominus. ꝛdixerat ei moyses. Festinauitq; populus ꝛtransijt. Cumqꝫ transissent omnes. transiit ꝛarcha domini. Sacerdotes qꝫ p gebant ante populum. Filij quoqꝫ ruben ꝛgad. ꝛdimidie tribꝰ manasse. arma precedebant filios israel. sicut eis preceperat moyses. Et xl pugnatorũ milia ꝑ turmas ꝛ cuneos incedebant ad plana atqꝫ campestria urbis iericho In illo tpe magnificauit dominus iosue coram omni israel. ut timerent eum sicut timuerant moysen. dum adhuc uiueret. Dixitq; ad eum. Precipe sacerdotibꝰ qui portant archam federis. ut ascendant de iordane. Qui precepit eis dicens. Ascendite de iordane. Cumqꝫ ascendissent. portantes archam federis domini. ꝛsiccam humum calcare cepissent. reuerse sunt aque in alueum suum. ꝛ fluebant sicut ante soluerant. Populus aũt ascendit de iordane decimo die mensis primi. ꝛcastra metati sunt in galgal' ad ortã orientalem plagam urbis iericho. Lapides quos

xij. quos de iordanis aluco sumpserant posuit iosue in galgal'. ꝛdixit ad filios israel. Quando interrogauerint filij uri eorꝫ patres suos. ꝛdicent eis. quid sibi uolunt lapides isti. docebitis eos ꝛ atqꝫ dicetis. Per arentem alueum ire fecit israel iordanem istum siccante domino deo uro aquas eius in ꝓspectu nr. donec transiremus sicut ꝓius fecerat in mari rubro quod siccauit donec transiremus. ut discant omnes terre ꝑ manũ ꝑpotentissimam dominj manum. ꝛut uos timeatis dominũ deum uestrum omni tpe.

Postqꝫ ergo audierunt omnes reges amorreorum. qui habitabant trans iordanem ad occidentalem plagam. ꝛcti reges chanaan qui propinquã possidebant magni maris ꝛ loca. q̃ siccasset dominus fluenta iordanis. coram filijs israel. donec transirent. dissolutum è cor eorum. ꝛnon remansit in eis spũs tãmtum intuitum filiorũ israel. Dixit ergo dominus ad iosue. ꝛ Fac tibi cultros lapideos. ꝛcircumcide ꝛ secundo filios israel. Fecitq; quod iusserat dominus. ꝛcircumcidit filios isrl in colle preputiorum. Hec aũt causa è secunde circumcisionis. Omnis ꝑplꝰ qui egressus è de egypto generis masculini. uniuersi bellatores uiri mortui sũt in deserto ꝑ longissimos uie circuitus qui omnes circumcisi erant. Populus autem qui natus è in deserto ꝑ ꝛ longitudines latissime solitudinis incircumcisus fuit. donec consumerentur qui non audierant uocem domini. ꝛquibꝰ ãm iurauerat ut ostenderet eis terrã lacte ꝛmelle manantẽ. Horum filij in locum successerunt ꝑium. ꝛcircumcisi sunt a iosue. qui sicut nati fuerant in ꝓpatulo erant. nec eos quisquã aliquis circumciderat. Postqꝫ autem omnes circumcisi sunt. manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur. Dixitq; dñs ad iosue. Hodie abstuli obprobrium egypti a uobis. Vocatumq; è nomen ꝛ loci illius galgala. usqꝫ in presentem diem. Agnauerunt ergo filij israel in galgalis. ꝛfecerunt phase quarta decima die mensis ad uesperum. in campestribꝰ

richo. ⁊ comederunt de frugibus terre die altero azimos panes ⁊ polentam eiusdem anni. Defecitq; manna postq̃ comederunt de frugibus terre. nec vltra sunt vlti cibo illo filii israel. sed comederunt de fructibus promissionis terre chanaam. Cum autem esset iosue iuxta urbem iericho. leuauit oculos ⁊ vidit virum stantem contra se. et evaginatum tenentem gladium. perrexitq; ad eum ⁊ ait. Noster es an adversariorum. Qui respondit. nequaq̃. sed sum princeps exercitus domini. ⁊ nunc venio. Cecidit iosue pronus in terram. ⁊ adorans ait. Quid dominus meus loquitur ad servum suum. Solue inquit calciamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas sanctus est. Fecitq; iosue ut sibi fuerat imperatum.

VII

Iericho autem clausa erat atq; munita timore filiorum israel. ⁊ nullus egredi audebat aut ingredi. Dixitq; dominus ad iosue. Ecce dedi in manus tuas iericho. ⁊ regem eius. ⁊ omnes fortes viros. Circuite urbem vos bellatores. semel per diem. Sic facietis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollant vii buccinas cornuinas quarum in iubileo usus est. ⁊ precedant arcam federis. Septies circuibitis ciuitatem ⁊ sacerdotes clangent buccinis. Cumq; insonuerit vox tube. longiorq; atq; vehementior. tum audito vestris auribus clangore exclamabit omnis populus. vociferatione maxima. ⁊ muri funditus corruent ciuitatis. Ingredientesq; singuli per locum contra quem steterint. vocauitq; iosue filios sacerdotum. ⁊ dixit ad eos. Tollite arcam federis domini. ⁊ vii alii sacerdotes tollant vii septem iubilaeorum buccinas. ⁊ precedant ante arcam domini. Ad ipsum quoq; ait. Ite ⁊ circuite ciuitatem armati precedentes arcam domini. ⁊ Cumq; iosue verba finisset. ⁊ septem sacerdotes septem buccinis clangentes irent ante arcam federis domini. ecce quidam armatus exercitus. reliquum vulgus archam sequebatur. ⁊ ad buccinis omnia strepebant. Pre cepserant iesue populo dicens. Non clamabitis nec audietur vox vestra. nec vllus sermo exibit de ore vestro. donec veniat dies in quo dicam vobis. clamate ⁊ protinus clamabunt. Circuierunt ergo archam domini ciuitatem. semel per diem ⁊ reuersa in castra manserunt ibi. Iterum iosue de nocte consurgens. tulerunt sacerdotes archam domini. ⁊ vii ex eis. vii buccinas. quarum in iubileo usus est. precedebantq; archam domini ambulantes. atq; clangentes. ⁊ armatus populus ibat ante eos. Vulgus autem reliquum sequebatur archam. ⁊ buccinis personabat. Circuieruntq; ciuitatem secundo die semel. ⁊ reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. Die autem septimo. diluculo consurgentes. circuierunt urbem sicut dispositum erat septies. Cumq; septimo circuirent. clangentibus buccinis sacerdotes. dixit iosue ad omnem israel. Vociferamini. ⁊ dabit enim dominus vobis ciuitatem. Sitq; ciuitas hec anathema. ⁊ omnia que in ea sunt domino. Solum mab meretrix viuat. cum omnibus qui cum ea in domo sunt. Abscondit enim nuntios. quos vidistis. Vos autem cauete. ne de his que precepta sunt vobis quippiam contingatis. ⁊ sitis prevaricationis rei. ⁊ omnia castra israel sub peccato sint. atq; turbentur. Quicquam tangentium fiet. ⁊ vasorum eneorum ac ferri domino consecratum. in thesaurum eius. Igitur omni vociferante populo. ⁊ clangente tubis. postquam auditus multitudinis vox sonuit. mirepuit. murus illico corruit. Et ascendit vnusquisq; per locum. qui ei erat. Ceperuntq; ciuitatem. ⁊ interfecerunt omnia que essent in ea. tam vsq; ad mulierem. ab infante vsq; ad senem. Boues quoq; ⁊ oues. ⁊ asinos. in ore gladii percusserunt. Duobus autem viris qui exploratores missi fuerant dixit iosue. Ingredimini domum mulieris meretricis. ⁊ producite eam. omnia quecunq; illius sunt. sicut illi iurando firmastis. Ingressi iuuenes eduxerunt matrem. ⁊ patrem. et fratres eius. ⁊ cognationem illius. ⁊ extra castra ubi



maneir fecerunt. Vrbem autem troia
que in ea erant. succenderunt. absq;
argento tantu. t uasis eneis ac ferreis. q
que in erarium domus dei tulerunt. t
Raab uero meretricem t domū patris
eius. atq; omnia que habebat fecit iosue
uiuere. t habitauerunt in medio israel.
usq; in presentem diem. eo q; absconde
rit nuncios quos miserat ut explora-
rent iericho. In tp̄e illo iprecatus est i
osue dicens. Maledictus uir coram
domino. qui susciauerit t edificauerit
ciuitatem iericho. In primogenito suo
fundamenta illius iaciat. t in nouissimo
liberorum ponat portas eius. Fuit ergo
dominus cum iosue. t nomen eius in
omni terra uulgatum est. ¶ XVII

Filij autē israel preuaricati
sunt mandatum. t sumpse-
runt de anathemate. t
Iam achan filius carmi
filij zabdi. filij zare de tribu iuda. tulit
aliquid de anathemate. Iratusq; est dns
ō filios israel. Cumq; mitteret iosue
de iericho. uirū ō hay que est iuxta bethā
uen ad orientalem plagam oppidi be
thel. dixit eis. Ascendite t explorate ter
ram. Qui precepta complentes. explora
uerunt hay. Et reuersi dixerunt ei. nō
ascendat omnis populus. sed duo uel
tria milia uirorum pergant t deleant
ciuitatem. Quare omnis populus
frustra uexetur. cum hostes paucissimi
Ascenderunt ergo tria milia pugnato
rum. qui turpiter fugientes
perterruerunt populum israel. qui
quenti. xxxvi. homines. persecutiq;
sunt eos a uersa porta usq; sabari
im. t ceciderunt per prona fugientes
perterritiq; cor populi. t instar aque
liquefactum est. Iosue uero scidit uesti
menta sua. t cecidit pronus in terram
coram arca domini. usq; ad uesperā
tam ipe q; omnes seniores israel. Mise
runtq; puluerem super capita sua. et
dixit iosue. Heu domine deus. Quo
uoluisti traducere populum istum i
ordanem fluuium. ut traderes nos
in manus amorrei. t perderes. Vtinaz
ut cepimus mansissemus trans iordā
nem. O domine deus quid dicam

uitens israelem hostibus suis terga ū
tentem. Audient chananei t omnes
habitatores terre. ac pariter circuibunt
circundabuntq; nos atq; delebunt nomē
nostrum de terra. Et quid facies magnō
nomini tuo? Dixitq; dominus ad i
osue. Surge cur iacces pronus in ter
ra. Peccauit israel. t preuaricatus est pactū
meum. Tulerunt de anathemate.
t furati sunt atq; mentiti. t absconde
runt inter uasa sua. Nec poterit israel sta
re ante hostes suos. eosq; fugiet. q̄a
pollutus est anathemate. Non ero ultr
uobiscum donec deleatis eum. qui a
buius sceleris reus est. Surge sanctifica
populum. t dices. Sanctificamini i
crastinum. Hec enim dicit dominus
deus israel. Anathema in medio tui
est israel. Non poteris stare coram hosti
bus tuis. donec deleatur. certe qui hoc cō
taminatus est scelere. Accedentisq; mane
singuli per tribus suas. t quamcumq;
tribum sors inuenerit. accedet per co
gnationes suas. t cognatio per domos
domusq; per uiros. Et quicumq; ille
in hoc facinore fuerit deprehensus obu
retur igni cum omni substantia sua.
quia preuaricatus est pactum domini. t
fecit nefas in israel. Surgens itaq; i
osue mane. applicuit israel per tribus
suas. t inuenta est tribus iuda. Que cum
iuxta familias suas esset oblata. inuē
ta est familia zare. Illam quoq; per ui
ros offerens. reperit zabdi. Cumq;
domum in singulos diuidens uiros.
inuenit achan filium charmi. filij zab
di filij zare de tribu iuda. et ait ad a
chan. Fili mi da gloriam domino deo
israel. t confitere t indica michi quid fece
ris. ne abscondas. Respondit achan. i
osue t dixit ei. Vere ego peccaui dño
deo israel. Sic t sic feci. Vidi enim inter
spolia pallium coccineum ualde bonū.
ducentos siclos argenti. regulam q̄
auream. l. siclorū. t cupiscens abstu
li. t abscondi in terra intra medium ta
bernaculi mei. argentum quoq; fos
sa humo operui. Misit ergo iosue mi
nistros. Qui cum intrassent ad tabernacu
lum illius. reperierunt cuncta abscondita in
eodem loco. t argentum simul. Intu





irentesq; de ciuitate. tulerunt ea ad Io
sue. ꝙ ad omnes filios israel. processerit
q; ante dominum. Tollens itaq; Iosu
a chan filium zare argentumq; ꝙ pallu
um. ꝙ auream regulam. filios quoq; et
filias. boues ꝙ asinos. ꝙ oues. tpmq;
tabernaculum. ꝙ extam supellectilem.
ꝙ omnis israel cum eo. duxerunt eos ad
uallem achor. ubi dixit Iosue. Quia t
basth nos. exturbet te dominus in die
hac. Lapidauitq; eum omnis israel. ꝙ
cuncta que illius erant igni cōsumpta sunt.
Congregauerunt quoq; super eum ac
ervum magnum lapidum. qui permanet
usq; in presentem diem. Et auersus e
furor dominus ab eis. Vocatumq; est nom
loci illius uallis achor. usq; hodie.

Dixit autē dominus ad Iosue.
Ne timeas. nec formides. ꝙ
Tolle tecum omnem multi
tudinem pugnatorum. ꝙ
consurgens ascende in oppidum hay. Ecce
tradidi in manu tua regem eius ꝙ pplm.
urbemq; ꝙ terram. Facies q; urbi hay ꝙ
regi eius. sicut fecisti iericho ꝙ regi illius.
Preda tamen ꝙ omnia animantia diri
pietis uobis. Pone insidias urbi post
eam. Surrexitq; Iosue. ꝙ omnis exercitus
bellatorum cum eo. ut ascenderent in
hay. Et electa xxx milia uirorum fo
rtissimum. misit nocte. precepitq; eis dicēs.
Ponite insidias post ciuitatem. nec lō
gius recedatis. ꝙ cuncti omnes parati.
Ego autē ꝙ reliqua multitudo que me
cum est. ascendemus ex aduerso ꝰ urbem.
Cumq; exierint contra nos sicut ante fe
cimus fugiemus. ꝙ fugā uertemus. do
nec persequentes ab urbe longius pro
trahantur. Putabunt enim fugē nos
sicut prius. Nobis enim fugientibus.
cunctis persequentibus. consurgētes de insi
diis. ꝙ ascendetis ciuitatem. Tradetq;
eam dominus deus uir in manus uras.
Cumq; cepertis succendite eam. Sic
omnia facietis ut iussi. Diuisitq; eos.
ꝙ perrexerunt ad insidiandum locum.
sederunt inter bethel ꝙ hai. ad occiden
talem plagam urbis hai. Iosue autem
nocte illa in medio mansit populi. Sur
gens q; diluculo. recensuit socios. ꝙ ascē
dit cum senioribus in fronte exercitus.

uallatis auxilio pugnatorum. Cuiq;
uenissent ꝙ ascendissent ex aduerso ci
uitatis. steterunt ad septentrionalē pla
gam urbis inter quam ꝙ eos uallis me
dia erat. Quinq; autē milia uirorum ele
gerat. ꝙ posuerat in insidijs inter bethel
ꝙ hay. ex occidentali parte eiusdem ciui
tatis. Omnis uero reliquus exercitus
ad aquilonem autem dirigebat. ita ut
nouissimi multitudinis occidentalem
plagam urbis attingerent. Abiit ergo
Iosue nocte illa. ꝙ stetit in uallis medio
Quod cum uidisset rex hay. festinauit
mane. ꝙ egressus ē cum omni exercitu
ciuitatis. Duxitq; autem ante se ignoran
s q; post tergum laterent insidie. Iosue uero ꝙ omnis israel. cessit
loco. simulantes metum. ꝙ fugientes
per uiam solitudinis. At illi uociferātes
pariter. ꝙ se mutuo cohortantes. perse
quuti sunt eos. Cumq; recessissent a ciui
tate. nec unus quidē in urbe hay ꝙ be
thel remansisset. qui non persequeret
israel. sicut eruperant aperta oppida re
linquentes. Dixit dominus ad Iosue.
Leua clipeum qui in manu tua est. ꝙ
urbem hay. quoniam tradam tibi eam.
Cumq; eleuasset clipeum ex aduerso
ciuitatis. insidie que latebant surrexe
runt festinū. ꝙ properantes ad ciuitatem ce
perunt. ꝙ succenderunt eam. Quā autē ci
uitatis qui persequebantur Iosue. respi
cientes. ꝙ uidentes fumum urbis ad ce
lum usq; ascendere. non potuerunt ul
tra huc illuc q; diffugere. presertim cu
bi qui simulauerant fugam. ꝙ tendebat
ad solitudinem. ꝙ persequentes fortis
sime urgebant. Videnq; Iosue ꝙ omis
israel. q; capta esset ciuitas. ꝙ fumus urb
ascenderet. reuersus percussit uiros hay.
Si quidem illi qui ceperant ac succende
rant ciuitatem. egressi ex urbe. ꝙ suos
medios hostium ferire ceperunt. Cum
ex utraq; parte aduersarij essent inclu
si. ita ut nullus de tanta multitudine salu
rem. regem quoq; urbis hay apprehē
derunt uiuentem. ꝙ obtulerunt Iosue.
Postq; omnibus interfectis. qui israel ad
desertā tendentem fugerant persecuti. ꝙ
in eodem loco gladio cōmentibus. reuer
si filij israel percusserunt ciuitatem. Et

autem

LIBER IOSVE

autē qui in eadem die xiderant a uno usq; ad mulierem. xij. milia hominum. omes uirbis hai. Josue uero non retraxit manū quam in sublime porrexerat. tenens clipeum donec interficerentur omnes habitatores hai. Sumpta autem tpredam ciuitatis diuiserunt sibi filij israel. sicut preceperat dominus iosue. Qui succendit ciuitatem: tfecit eam tumulum sempiternū. Regem quoq; eius suspendit in patibulo usq; ad uesperam tsolis occasum. Precepitq; tdepositum de cadauere eius de ce. proicerent in ipō introitu ciuitatis. tcongesto super eum magno aceruo lapidū qui permanet usq; in presentem diem. Tunc edificauit iosue altare domino deo israel. in monte hebal. sicut preceperat moyses famulus domini filijs israel. tscriptum ē in uolumine legis moysi. altare de lapidibus impolitis. quos ferrum non tetigit. tobtulit super eo holocausta domino. immolauitq; uictimas pacificas. tscripsit super lapides deuteronomium legis moysi. quod ille digesserat coram filijs israel. Omnis autem populus. tomnes maiores natu. duces q; ac iudices stabant ex utraq; parte arche in cōspectu sacerdotum qui portabant archā fedus domini. ut aduena ita tindigena: media eorum pars iuxta montē garizim. tmedia iuxta montem hebal. sicut preceperat moyses famulus domini. Et primum quidem benedixit populo israel. Post hec legit omnia uerba benedictionis tmaledictionis. tcta que scripta fuerant in legis uolumine. Nichil ex his que moyses iusserat reliquit intactum. Sed uniuersa replicauit coram omni multitudine israel. mulieribus q; ac parunulis taduenis qui inter eos morabantur.

VIII

Quibus audiuis xem reges trans iordanem. qui habitabant in montanis tcampestribus. tomnibus maritimis a litore magni. hi quoq; qui habitabant iuxta libanum. ethei tamorrheus. tchananeus. tpherezeus. eueus tiebuseus. agressi sunt pariter ut pugnarent contra iosue tisrl. uno animo eademq; sententia. At hi qui habitabant in gabaon. audientes

cta que fecerat iosue iericho tai. tcalliditate cogitantes. tulerunt sibi cibaria. saccos ueteres asinis ponentes. tutres uinarios. scissos atq; consutos. calciamentaq; uetusta. que ad indicium uetustatis pictis q; consuta erat. induta uestibus uestibus. Panes quoq; quos portabant obmuticum duri erant. tin frusta comminuti. Uenerunt q; ad iosue. qui tunc morabantur in castris galgale. tdixerunt ei. atq; omni simul israeli. De terra longinqua uenimus. pacem uobiscum facere cupientes. Dixerunt q; uiri israel ad eos. atq; dixerunt. Ne forsitan in terra que nobis sorte debetur habitetis: tnon possimus fedus inire uobiscum. At illi ad iosue. Serui inquiunt tui sumus. Quibus iosue. Quinam aut estis uos. taut unde uenistis: Dixerunt. De terra longinqua ualde uenerunt sui tui: in nomine domini dei tui. Audiuimus enim famam potentie eius. cta que fecit in egipto. tduobus amorreorum regibus trans iordanem. seon regi esebon. tog regi basan. qui erat in astaroth. Dixerunt q; nobis seniores. tomnes habitatores terre nre. Tollite in manibus cibaria ob longissimam uiam. tdicite eis ac dicite. Serui uri sumus. fedus inite uobiscum. En panes q; egressi sumus de domibus nris. ut ueniremus ad uos. calidos sumpsimus. nunc ecce frixi sunt. tcontriti te minuta comminuti. Utres uini nouos implemimus. nunc rupti sunt tsolute. Uestes tcalciamenta quibus induimur tque lesimus in pedibus. ob longitudinem uie trita sunt tpene consumpta. Suscepertunt igitur de cibariis eorum. tos domini non interrogauerunt. Et pacem iosue cum eis pacem. tinito federe pollicitus ē. q; non occideretur. Principes quoq; multitudinis iurauerunt eis. Post dies autē tres initi federis. audierunt q; in uicino habitarent. tinter eos futuri essent. Mouerunt q; castra filij israel. tuenerunt in ciuitates eorum die tertio. quarum hec uocabula sunt. Gabaon tcaphira. tberoth. tcariathiarim. Et non percusserunt eos. eo q; iurassent eis principes multitudinis in nomine domini dei israel. Murmurauit itaq; omis



LIBER IOSVE

uulgus. ⁊ta principes. Qui rñdert
eis. Iuramus illis in nomine dñi
dei ifrael. ⁊ideo non possumus eos
ptingere. Sz hoc faciemus eis. Et
uentur quidem ut uiuant. ne ira ñ
ra dñm excitet si pmiserimus
sz fingant. ut in ulis uiuere mul
titudinis ligna cedant. aquasq; por
tent. Quibus locutis uocauit
gabaonitas iosue. ⁊dixit eis. Cur de
cipere nos uoluistis. ut diceñs
procul ualde habitamus a uobis. cum i
medio nri sitis. sitaq; sub maledictio
ne eritis. ⁊ non deficiet de stirpe uestra
ligna cedens. aquasq; portans in do
mum dei mei. Qui respondert. Nñ
tiatum ẽ nobis fuis tus. q̃ promisit
sz dñs deus tuus mori fuo suo
ut traderet uobis omnẽ terram. ⁊ disp
deret cctos habitatores eius. Timuim
igitur ualde. ⁊ prouidimus animabus
nris. nñ de re fecerimus. hoc ꝓ silui
uimus. Nunc aut in manu tua
sumus. quod tibi bonum ⁊ rectum ui
detur: fac nobis. Fecit ergo iosue ut di
xerat. ⁊ liberauit eos de manu filiorum
ifrl. ut non occiderent eos. Decreuitq; i
iosue in illo die eẽ eos in ministerio ct
populi ⁊ altaris dñi: cedentes ligñ
⁊ aquas portantes usq; in psens tpꝰ
in locum quem dñs elegisset.

Cum audisset adonise
dech rex hierlim. q̃ scilicet ce
pisset iosue hai. ⁊ subuer
tisset eam. sicut enim fece
rat iericho ⁊ regi eius. sic fecerat hai ⁊ re
gi illius. ⁊ q̃ tra fugissent gabaonitꝫ
ad ifrl. ⁊ essent fedifragi cum eis. timuit
nimis valde. Erat enim magna ciuitas gabaon.
⁊ una regalium ciuitatum. ⁊ maior ꝓ
pter hoc. omnes q; bellatores eius fo
rtissimi. Misit ergo adonisedech rex ie
rusalem ad hoam regem ebron. ⁊ ad
pharam regem lebnemoth. ad iaphie
quoq; regem lachis. ⁊ ad dabir regem
eglon. dicens. Ascendite ad me ⁊ ferte
pñsidium ut expugnemus gabaon.
quare transfugerit ad iosue. ⁊ filios i
frl. Congregati igitur ascenderunt
v. reges amorreorum. rex hierusalem. rex hebron. rex
iarimuth. rex lebnemoth. rex lachis. rex e
glon. simul cum exercitibus suis. ⁊ cas
metati sunt circa gabaon. ꝓpugnan
tes eam. Gabaonitꝫ autem ad iosue in
castra galgalam. mandauerunt. Ne
quando manus tuas
ab auxilio seruorum tuorum. Ascende
cito ⁊ libera nos. ferq; pñsidium. Con
uenerunt enim aduersus nos omnes
reges amorreorum. qui habitant in mo
tanis. Ascenditq; iosue de galgalis. ⁊
omnis exercitus bellatorum cum eo
rum fortissimi. Dixitq; dñs ad io
sue. Ne timeas eos. In manus enim tuas
tradidi illos. Nullus ex eis tibi resistere
potent. Irruit itaq; iosue super eos ipse
te. tota ascendens nocte de galgalis. Et
conturbauit eos dominus a facie ifrl. ꝛ
cecidit plaga magna in gabaon. ac p
secutus ẽ per uiam ascensus bethoron. ⁊
percussit usq; ad azecha ⁊ maceda. Cũ
fugerent filii ifrl. ⁊ essent in descensu
bethoron. dominus misit super eos la
pides magnos de celo. usq; ad azecham
mortui sunt multo plures lapidibus gra
dinis. q̃s quos gladio percusserunt filii
ifrl. Tunc locutus ẽ iosue dño in
die qua tradidit amorreum in aspectu
filiorum ifrl. dixitq; coram eis. Sol
contra gabaon ne mouearis. ⁊ luna contra
uallem aialon. Steterunt itaq; sol ⁊ luna
donec ulciscerent se gentes de inimicis
suis. Nõne scriptum ẽ hoc in libro iusto
rum. Stetit itaq; in medio cli sol. ⁊ nõ
festinauit occumbere spatio unius die
Non fuit ante ⁊ postea tam longus dies.
obediente dño uoci hominis. ⁊ pu
gnante pro ifrl. Reuersusq; ẽ iosue
cum omni ifrl in castra galgale. Fu
gerant enim v. reges. ⁊ se abscondert
in spelunca urbis maceda. Nunciatumq;
ẽ iosue. q̃ inuenti fuerint reges latites
in spelunca urbis maceda. Qui prece
pit eis dicens. Voluite lapidem ingentem ad os
spelunce. ⁊ ponite uiros custodientes eos
claudite eam. sitis autem nolite stare
sz persequimini hostes. ⁊ cedite nouissimos. q̃s
fugere nisi non cedite. Nec permisit eos
urbium suarum unum pedibus. quos
tradidit dominus deus in manus uras.
Cessis igitur aduersarius plaga magñ.

Vsqz ad interitionem p̄ueh̄umpnis.
hij qui ūsiel effugere potuerunt. ui
gressi sunt ciuitates munitas. Ecci
tus qz ē omnis exercitus ad iosue in
maceda ubi tunc castra erant. sam et
interea nimio. Vlluitqz cum filio
ūsiel mutuare ausus ē. p̄cepit iosue
dicens. Aperite os spelunce. t p̄ducite
v reges. qui in ea latitant. Fecerit
qz ministri ut sibi fuerat imp̄eratum.
t eduxerunt ad eum v. reges de spelun
ca. Regem ierusalem. regem hieri-
mō
regem ebron. regem lachis. regē eglō.
Cumqz adducti ēent ad eum. uocauit
omnes uire ūsiel. t ait ad p̄cipes
exercitus qui secum erant. Accedite
pedes super colla regum istorum. Qui
cum p̄ceterissent. t subiector pedibus
colla calcarent. rursum ait ad eos. No
lite timere. nec pauescatis. Confortami
t estote robusti. Sic enim faciet dñs
ois hostib⁹ uris. aduersus quos di
micatis. Percussitqz iosue t interfecit
eos. atqz suspendit super v. stipites. fi
ebantqz suspensi. usqz ad uesperum.
Cumqz occumberet sol. p̄cepit ioa
b⁹ ut deponerent eos de patibulis. Q
depositos p̄iecerunt in spelunca in
qua latitauerant. Et posuerunt sup
os eius saxa ingentia. que permanēt
usqz in p̄sens. Eodem die maceda
cepit iosue. t percussit in ore gladij. Re
gem quoqz illius interfecit. omnes
habitatores eius. Non dimisit in ea sal
tem paruae reliquias. Fecitqz regi
maceda. sicut fecit regi iericho. Tra
siuitqz cum omni ūsiel de maceda i
lebna. t pugnauit contra eam. quam tra
didit dominus cum rege suo in manu
ūsiel. Percussitqz in ea in ore gla
dij. omnes habitatores eius. non dimi
sit in ea ullas reliquias. Fecitqz
regi lebna. sicut fecerat regi iericho.
De lebna transiuit in lachis. t castra cir
cumposuit. obpugnabatqz eas.
Tradiditqz dominus lachis in manu
filiorum ūsiel. t cepit eam die altero.
atqz percussit in ore gladij. omnemqz
animam que fuerat in ea. sicut fecerat
lebna. Eo tp̄e ascendit horam rex ga
zer. in auxilium lachis. Quem p

cussit iosue cum omni populo eius us
ad interitionem. Transiuitqz de la
chis in eglon. t circumdedit eam atqz
expugnauit eam. Et cepit. Percussitqz i
ore gladij omnes animas que erant
in ea. iuxta omnia que fecerat lachis.
Ascendit quoqz cum omni exercitu ū
siel de eglon in ebron. t pugnauit cō
tra eam. cepitqz t percussit in ore gladij.
regem quoqz eius. t omnia oppida re
gionis illius. uniuersasqz animas q
in ea fuerant p̄mouate. non relinquens
ulla ullas reliquias. Sicut fecerat eglō
sic fecit ebron. extraqz in ea repetit cō
sumens gladio. Interiit ūsiel ibi
ra. cepit eam atqz uastauit. Regem
quoqz eius. t omnia p̄tia eius oppi
p̄cussit in ore gladij. Non dimisit in
ea ullas reliquias. Sicut fecerat ebrō
t lebna. sic fecit dabir regi illius. Per
cussit itaqz omnē terram montanaz
t meridianam atqz campestrem. t asē
doth cum regibus suis. Non dimisit in
illa ullas reliquias. Omne quod spi
rare potuerat interfecit. sicut p̄ceperat
ei dominus deus ūsiel. Acades bame
usqz gaza. omnemqz terram gosen us
gabaon. uniuersos reges. t regiones e
orum uno cepit impetu. atqz uastauit.
Dominus enim deus ūsiel pugnabat
pro eo. Reuersusqz ē cum omni ūsiel
ad locum castrorum in galgala.

XI

Quod cum audisset iabin rex
asor misit ad iobab regē ma
con. t ad regem semeron. atq
ad regem asaph. ad reges q
aquilonis qui habitabant in montanis. t
in planitie contra meridiem cenereth. in
campestribus quoqz tum regionibus dor. t
iuxta mare chananeum quoqz ab orie
te t occidente. t amorreum atqz ethe um
ac pherezeum. t iebuseum. in montanis.
eueum qui habitabat ad radices hermō.
in terra maspha. Egressiqz sunt omiz
cum turmis suis. populus multus nī
mis. sicut arena que ē in littore maris
equi quoqz t curruum immense multitu
dinis. Conuenerunt qz omnes reges
ist in unum. aquas meron. ut pugnā
rent contra ūsiel. Dixitqz dñs ad iosue
Ne timeas eos. Cras enim hac eadez

LIBER IOSVE



hoza. ego tradam oēs istos manib⁹ eoz in ꝓspectu israel. Equos eoz subnerues. tcurrus eoz igne ꝯbures. Venitq; iosue tomnis exercitus cum eo ad aquas meron subito irruerunt sup eos. Tradidit q; illos dominus in manus israel. qui percusse runt eos. tpsecuti sunt usq; ad sidonē magnam. taquas maserephoth. capū q; maspha. qui ē ad orientalē illius partem. Sic percussit omnes. ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitq; iosue sicut preceperat ei dominus. Equos eoz subnervauit. currusq; ꝯbussit. Reuso q; statim cepit aso. tregem eius percussit gladio. Aso enim antiquitus inter omnia regna hec principatum tenebat. Percussitq; animas omnes que ibidem morabantur. Non dimisit in ea ullas reliquias. sz usq; ad interminationē omnia uastauit. Igni quoq; urbem premunit incendio. tomnes pericula circumstantes. Regem quoq; earum cepit. percussit atq; delevit. sicut preceperat ei moyses famulus dñi. absq; ullis qui eram in collibus. tin tumulis. Cetera q; succenderit israel. Vnam tantū aso munitissimam flāma ꝯsumpsit. Omnēq; predam urbium ac uillarū de uastauerunt sibi filii israel. ex his hominibus interfectis. Sicut preceperat dominus moysi suo suo. ita precepit moyses iosue. tille unuersa ꝯpleuit. Non ꝓtrit de universis mandatis. ne unū quidem uerbum quod iussérat dominus moysi. Cepit itaq; iosue ēm terram montanam tmeridianam. terrā quoq; gessen. tplanitiem. toccidentalem plagam. montemq; israel. tcampestria eius. tpartes montis. que ascendit seir usq; babalgad ꝑ planitiem libani. sup montē hermon. Omnes reges eoz cepit. percussit toccidit. Multo tp pugnauit iosue ꝯtra reges istos. Non fuit ciuitas que se non traderet filiis israel. preter eueum qui habitabat in gabaon. omnes bellando cepit. Dominum enim hoc fuerat. ut indurarent tur corda eoz. ut pugnarent contra israel. tadirent. tnon mererentur ullam clementiā. ac perirent. sicut ꝓceperat dominus moysi. In tp illo uēit iosue tinterfecit enachi de montanis hebron tdabir. tanab. tde omni monte iuda tisrael. cum urbibus eoz. Nō reliquit unum de stirpe enachi in terra filioz israel. absq; ciuitatibus gasa. t geth. tasdod. in quibus solis relicti sunt. Cepit ergo iosue omnem terram. sicut locutus ē dominus ad moysen. tradidit eam in possessionē filiis israel. sm partes tribus suas. Quieuitq; terra a prelijs.

Hi sunt reges quos percusserunt filii israel. tpossederunt terram eoz trans iordanē ad solis ortum. a torrente arnon. usq; ad montem hermon. tēm orientalem plagam. que respicit solitudinem. Seon rex amoreorum qui habitabat in esebon. dñans ē a baroer que sita ē sup ripam torrentis arnon. tmedie partis in valle dimidiq; galaad. usq; ad torrentem iaboc. qui ē terminus filioz ammon. Et a solitudine usq; ad mare cenereth. ꝯtra orientem. tusq; ad mare deserti. quod ē mare salsissimum ad orientalem plagam per viam que ducit bethesimoth. tab australi parte. que subiacet asedoth usq; thasga. Terminus og regis basan. de reliquijs raphaim. qui habitauit in astaroth. tin edrai. dñans ē in monte hermon. tin salach. atq; in universa basan. usq; ad finē gessuri tmachati. tdimidie partis galaad. terminū seon regis esebon. Moyses famulus dominī tfilii israel. percusserunt eos. Tradiditq; terram eoz moyses in possessionem. tribubus ruben. tgaditis tdimidie tribui manasse. Hi sunt reges terre quos percussit iosue a filii israel trans iordanem ad occidētalē plagam. a baalgad in campo libani usq; ad montem cuius pars ascendit in seir. Tradiditq; eam iosue in possessionē tribubus israel singulis partes suas. tam i montanis q̄ in planis atq; campestribus. In asedoth in solitudine. ac in meridie. ethneus fuit tamorreus. cananeus et pherezeus. eueus. tiebuseus. Rex ierico unus. Rex hai que ē ex latere bethel unus. Rex ierusalim unus. Rex hebron unus. Rex ierimoth unus. Rex la

LIBER IOSVE

chis unus. Rex eglon unus. Rex
gazer unus. Rex debir unus. Rex ga
der unus. Rex herma unus. Rex herech
unus. Rex lebna unus. Rex odollam
unus. Rex maceda unus. Rex bethel.
unus. Rex thaffua unus. Rex afer unꝰ
Rex afec unus. Rex saron unus. Rex
madon unus. Rex asor unus. Rex se
meron unus. Rex aſaph unus. Rex
dhemach unus. Rex macedo unꝰ. Rex
cedes unus. Rex iechnaā carmeli unꝰ.
Rex dor ꝛ prouincie dor unus. Rex gē
tium galgal unus. Rex thersa unus.
Omnes reges. xxxi. unus.

XIII

Iosue senex prouectæq; ę
tatis. ꝛ dixit dominus ad
eum. Senuisti ꝛ ingressus
es. Terraq; latissima re
liqua ę. quę necdum ę sorte diuisa. Hęc
uidelicet galilea philistiym. ꝛ omnis ges
sur. a fluuio turbido. qui irrigat e
gyptum. usq; ad terminos accharon ꝯ
aquilonem. Terra chanaan. quę in.v.
regulos philistiym diuidit. gazeos ꝛ
azotios. ascolonitas. ꝛ gethęos. ꝛ accaro
nitas. Ad meridiem uero sunt euei. qui
terra chanaan ꝛ maare sydoniorum usq;
afeca ꝛ terminos amorrei. cuiusq; ꝯfinia
Libani quoq; regio. ꝯ orientem a baal
gad sub monte hermon. donec ingre
diaris emath. omnium qui habitant i
monte alibano. usq; ad aquas maser
photh. uniuersi sydonii. Ego sum
qui delebo eos a facie filiorum israel.
Tu ergo in partem hereditatis isrl.
sicut precepi tibi. Et nunc diuide hanc
in possessionem nouem tribuum. ꝛ di
midie tribui manasse. cum qua ruben
ꝛ gad possederunt terram quam tradi
dit eis moyses famulus domini trans
fluenti iordanis ad orientalę plagas.
habitet. quę sita ę in ripa torrentis ar
non. ꝛ in uallis medio. Vniuersaq; ci
pestria medaba usq; dibon. ꝛ extras ci
uitates seon regis amorrei. qui regna
uit in esebon. usq; ad terminos filio
rum amon. ꝛ galaad. ac terminū gessuri. ꝛ
machati. omnemq; montem hermon.
ꝛ uniuersam basan. usq; ad salecha. cę
regnū og i basan. qui regnauit i asta
roth. ꝛ in edrai. qui fuit de reliquiis ra
phaim. percussitq; eos moyses atq; e
iecit. Nolueruntq; dispędere filii
israel iessuri. ꝛ machati. ꝛ habitauerunt i
medio israel in presentem diem. Tri
bui autem leui non dedit possessionem.
ss sacrificia ꝛ uictime domini dei isral.
ipa ę eius hereditas. sicut locutus ę il
li. Dedit ergo moyses possessionem
tribui filiorum ruben iuxta cognatio
nes suas. Fuitq; terminus eorum ab ar
oer que sita ę in ripa torrentis arnon. ꝛ ci
uitate eiusdem torrentis media uniuersa
planitiem que ducit medaba. ꝛ esebō.
xtasq; uicos eorum. que sunt in ca
pestribus. dibon quoq; ꝛ bamoth baal. ꝛ
oppidum baalmaō. ꝛ iesa. ꝛ cethmoth.
ꝛ mephech. ꝛ cariathai. ꝛ sabama. ꝛ sara
thasar. in monte ꝙuall' bethphor. ꝛ ase
doth. phasga. ꝛ bethasimoth. omnes
urbes campestres. uniuersaq; regna
seon regis amorrei. qui regnauit i esse
bon. quem percussit moyses cum pri
cipibus madian. eueum ꝛ recē. ꝛ sur. ꝛ
hur. ꝛ rabee. duces seon habitatores ter
ꝛ balam filium beor ariolum occiderunt
filii israel gladio cum ceteris interfec.
Factusq; ę terminus filiorum ruben.
iordanis fluuius. Hec ę possessio ru be
nitarum per cognationes suas. urbes
ꝛ uicos eor. Deditq; moyses tribui gad.
ꝛ filiis eius per cognationes suas pos
sessionem. cuius hec ę diuisio. Ter
nas ciuitates. ꝛ omnes ciuitates galaad. ꝛ
dimidiamq; partem terre filiorum amō
usq; ad aroer. que ę contra rabba. ꝛ ab esse
bon usq; ad ramoth. masphe ꝛ batha
nim. ꝛ mahanaim. usq; ad terminos da
bir. In ualle quoq; bathsaram. ꝛ bethnē
ra. ꝛ socoth. ꝛ saphon. reliquam partē
regni seon regis esebon. Iordanis quoq;
finis iordanis ę. usq; ad extremā par
tem maris cenereth. trans iordanem ad o
rientalem plagam. Hec ę possessio fi
liorum gad per familias suas. ciuita
tes ꝛ uille earum. Dedit ꝛ dimidie tri
bui manasse. filiisq; eius iuxta cogna
tiones suas possessionem cuius hec ꝛ
principium ę. Mahanaim uniuersam
basan. ꝛ extra regna og regis basan. cęs
q; uicos iair qui sunt in basan. oppi
da. ꝛ dimidiam partem galaad. ꝛ astha

LIBER IOSVE

ret uitulis quos fabricatus fuerat. Cō-
stituitq; in bethel sacerdotes excelsorū
que fecerat. et ascendit super altare qđ
extruxerat in bethel. quintadecima di
mensis octaui. quem finxerat de cordē
suo. Et fecit solemnitatem filijs israel.
et ascendit super altare ut adoleret in
censum.

XIIII

Ecce uir dei uenit de iu
da in bethel in sermone dñi
ieroboam stante super al-
tare. et thus faciente. et excla
mauit contra altare in sermone domini.
et ait. Altare altare. hæc dicit dominus.
Ecce filius nascetur domui dauid iosi
as nomine. et immolabit super te sacer-
dotes excelsorum. qui nunc in te thurifi
ficant. et ossa hominum incendent
super te. Deditq; in die illa signum. di
cens. Hoc erit signum quod locutus è
dominus. Ecce altare scindetur. et effun
detur cinis qui in eo è. Cumq; audis
set rex sermonem hominis dei. quem cla
mauerat contra altare in bethel. extendit
manum suam de altari dicens. Apprē
dite eum. Et exaruit manus eius q;
extenderat contra eum. nec ualuit retra
here eam ad se. Altare quoq; scissum è.
et effusus è cinis de altari. iuxta signū
quod prædixerat uir dei in sermone dñi.
Et ait rex ad uirum dei. Deprecare fa
ciem domini dei tui. et ora pro me. ut
restituatur mihi manus mea. Oravit
q; uir dei faciem domini. Et reuersa è
manus eius ad eum. et facta est sicut pri
us fuerat. Locutus è aut rex ad uirū
dei. Veni mecum domum ut prandeas.
et dabo tibi munera. Respondit uir dei
ad regem. Si dederis mihi medium
partem domus tuæ. non veniam tecum.
neq; comedam panem. nec bibam aq;
in loco isto. Sic enim mandatum è mi-





in sermone domini precipientis. Non comedes panem nꝫ bibes aquam. nec reuerteris per viam qua uenisti. Abiit ergo per aliam viam. nec non ē reuersus per viam qua uenerat in bethel. Propheta autē quidam senex habitabat in bethel. ad quem uenerunt filij sui. et narrauerunt ei omnia opera que fecerat vir dei die illa in bethel. verba que locutus est regi. narrauerunt patri suo. Et dixit eis pater eorum. Per quam viam abiit. Ostenderunt ei filij sui viam per quam abierat vir dei. qui uenerat de iuda. Et ait filijs suis. Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent asinum. ascendit et abiit post virum dei. et inuenit eum sedentem subtus therebinthum. et ait illi. Tu ne es vir dei. qui uenisti de iuda. Respondit ille. Ego sum. Et dixit ad eum. Veni mecum domum. ut comedas panem. Qui ait. non possum reuerti. nꝫ uenire tecum. nec comedam panem nec bibam in loco isto aquam. quia locutus ē dominus ad me in sermone domini dicens. Non comedes panem. et non bibes aquam ibi. nec reuerteris per viam qua ieris. Qui ait illi. Et ego propheta sum similis tui. et angelus locutus ē michi in sermone domini. dicens. Reduc eum tecum in domum tuam. et comedat panem. et bibat aquam. Fefellit eum. et reduxit secum. Comedit ergo panem in domo eius. et bibit aquam. Cumq; sederent ad mensam. factus ē sermo domini ad propheta qui reduxerat eum. et exclamauit ad virum dei. qui uenerat de iuda. dicens. Hec dicit dominus. Quia inobediens fuisti ori domini. et mandatum quod precepit tibi dominus deus tuus non custodisti. et reuersus es. et comedisti panem et bibisti aquam in loco in quo precepit tibi ne comederes panem nec biberes aquam. non inferetur cadauer tuum in sepulcrum patrum tuorum. Cumq; comedisses et bibisses. strauit asinum suum propheta quem reduxerat. Qui cum abisset. inuenit eum leo in via. et occidit. Et erat cadauer eius proiectum in itinere. Asinus autē stabat iuxta illum. et leo stabat iuxta cadauer. Et ecce uiri transeuntes uiderunt cadauer proiectum in via. et leonem stantem iuxta cadauer. et uenerunt et diuulgauerunt in ciuitate. in qua propheta senex ille habitabat. Quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eum de via. ait. Vir dei ē qui inobediens fuit ori domini. et tradidit eum dominus leoni. et fregit eum et occidit eum iuxta uerbum domini quod locutus ē ei. Dixitq; ad filios suos. Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent. et ille abisset. inuenit cadauer eius proiectum in via. et leonem et asinum stantem iuxta cadauer. et non comedit leo de cadauere nec lesit asinum. Tulit ergo propheta cadauer viri dei. et posuit illud super asinum. et reuersus intulit in ciuitatem propheta senis. ut plangerent eum. Et posuit cadauer eius in sepulcro suo. et planxerunt eum. Heu heu mi frater. Cumq; planxissent eum. dixit ad filios suos. Cum mortuus fuero. sepelite me in sepulcro in quo vir dei sepultus ē. Iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profecto enim uerum et sermo quem predixit in sermone domini. contra altare quod ē in bethel. et contra omnia phana excelsorum. que sunt in urbibus samarie. Post verba hec non est reversus hieroboam de via sua pessima. sed conuertens fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum. Propter hanc causam peccauit domus hieroboam. et eversa ē et deleta de superficie terre.

XIIII

In tempore illo egrotauit abia filius hieroboam. Dixitq; hieroboam uxori sue. Surge et commutabitum ne cognoscaris quis uxor hieroboam. et uade in silo. ubi ē abias propheta qui locutus ē mihi quod regnaturus ēs super populum hunc. Tolle itaq; in manu tua x panes et crustulam. et uas mellis. et uade ad eum. Ipse indicabit tibi. quid euenturum sit huic puero. Fecit ut dixerat hieroboam uxor. et surgens abiit in silo. et uenit ad domum abie. At ille non poterat uidere. quia caligauerant presenectute oculi eius. Dixit autē dominus ad abiam. Ecce uxor hieroboam ingreditur. ut consulat te de filio suo. qui egrotat. Hec et hec loqueris ei. Cum ergo illa intraret. et dissimulas

ser se ee que erat. audiuit ahias somni
pedum eius intrantis per hostium: et
ait. ingredere uxor ieroboam. Quare
aliam te ee simulas? Ego aut missus
sum ad te durus nuntius. Vade dic ie-
roboam. Hec dicit dominus deus israel. I
Quia exaltaui te de medio populi. et de
di te ducem super populum meum isrl.
et scidi regnum domus dauid. et dedi illo
tibi. non fuisti sicut seruus meus daui.
qui custodiuit mandata mea. et secutus
es me in toto corde suo. faciens quod i
placitum eet in conspectu meo. sed operatus
es male super omnes qui fuerunt ante
te. et fecisti tibi deos alienos. et conflatiles. ut
me ad iracundiam prouocares. me autem
proiecisti post corpus tuum. idcirco ego
inducam mala super domum ieroboam. I
et percutiam de ieroboam mingentem ad
parietem. et clausum et nouissimum in israel.
et mundabo reliquias domus ieroboam. I
sicut mundari solet fimus usque ad pu-
Qui mortui fuerint de ieroboam in ciui
tate. comedent eos canes. Qui autem
mortui fuerint in agro. uolabunt eos a
ues celi. quia locutus e dominus. Tu
igitur surge et uade in domum tuam. cum
pedes tui introierint ciuitatem. puer mori
etur puer. et planget eum omnis israel.
et sepelient. iste enim solus inferetur de ie
roboam in sepulcrum. quia inuentus e
super eo sermo bonus. ad dominum deum isrl
in domo ieroboam. Constituet deus sibi
dominus regem super israel. qui percu
tiat domum ieroboam. in hac die et nunc
tempe. Et percutiet dominus deus israel.
sicut mouetur solet arundo in aqua. et euel
let israel de terra hac bona. quam dedit
patribus eorum. et ventilabit eos trans fluuium.
quia fecerunt sibi lucos ut irritarent dnm.
Et tradet dominus deus israel propter
peccata ieroboam. qui peccauit et peccare fe
cit israel. Surrexit itaque uxor ieroboam.
et abiit et uenit in thersa. Cumque ingredere
retur ille limen domus. puer mortuus e.
et sepelierunt eum. et planxit eum omnis
israel. iuxta sermonem dni. quem locutus e
in manu serui sui ahie prophete. Reliqui
autem uerborum ieroboam. quomodo regna
uerit et quomodo pugnauerit. ecce scripta
sunt in libro uerborum dierum regum
israel. Dies aut quibus regnauit ieroboa
xxii anni sunt. et dormiuit cum patribus suis.
regnauitque nadab filius eius pro eo. Por
ro roboam filius salomonis. regnauit i
uda. Quadraginta unus anni erat
roboam cum regnare cepisset. et decem et
septem annis regnauit in hierlm ciuitate
quam elegit dominus. ut poneret nomen
suum ibi. ex omnibus tribubus israel. Nomen
aut matris eius. naama ammanitis. Et
fecit iudas malum coram dño. et inritau
uerunt eum super omnibus que fecerant
patres eorum. in peccatis suis que peccau
erant. Edificauerunt enim sibi excel
sas. et statuas et lucos super omnem col
lem excelsum. et super omnem arborem
frondosam. Sed et effeminati fuerunt in ter
ra. fecerunt que omnes abominationes gen
tium. quas attriuit dominus ante
faciem filiorum israel. In quinto uero
anno regis roboam. ascendit sesach rex
egypti in hierlm. et tulit thesauros domus
domini. et thesauros regios. et omnia di
ripuit. scuta quoque aurea que fecerat
salomon. Pro quibus fecit rex roboam
scuta erea. et tradidit ea in manu ducum
scutariorum. eorum qui excubabant
ante hostium domus regis. Cumque in
grederetur rex in domum dni. portabat
ea qui preeundi habebant officium. et pos
reportabant ea ad armamentarium scuta
riorum. Reliqua aut sermonum roboas
et omnia que fecit. ecce scripta sunt li
bro uerborum dierum regum iuda. Et
utique bellum inter roboam et ieroboam cun
ctis diebus. Dormiuit itaque roboam cum pa
tribus suis. et sepultus e cum eis in ciuitate
dauid. Nomen matris eius naama amma
nitis. Et regnauit abia filius eius pro eo.

Anno octauo decimo anno regni ieroboa
filii nabath. regnauit abia
super iudam. Tribus annis
regnauit in hierlm. Nomen matris eius
maacha filia absalon. Ambulauitque in
peccatis patris sui. que fecerat ante eum. et
nec erat cor eius perfectum cum domino
deo suo. sicut cor dauid patris eius. Sed
propter dauid dedit ei dominus deus su
lucernam in hierlm. ut suscitaret filium
eius post eum. et stare fecit hierlm. eo q



GREVM

fecisſ dauid rectum in oculis dñi.⁊
non declinasſ ab omnib⁹ que p̄ecepe
rat ei⁹ xtis diebꝫ uite sue. excepto ſmo
ne urie ethei. Attamen bellum fuit inť
roboam ⁊ieroboam omni tp̄e uite eius.
Reliqua aut̄ ſmonum abie. ⁊omnia
quecunqꝫ fecit. nõne hec scripta sunt
in libro uerborum regum iuda. Cuiqꝫ
bellum inter abiam ⁊ieroboam. Et dor
miuit abia cum p̄ribꝫ suis: ⁊sepelier⁹
eum in ciuitate dauid. Regnauitqꝫ asa
filius eius p̄o eo. In anno ergo xx ie⁹
boam regis ſisrael. regnauit asa rex iud.
et rl uno anno regnauit in ierlm. Nom
matris eius maacha filia abessalon. ⁊
fecit asa rectum ante ꝺspectum dñi
sicut dauid pater eius. Et abstulit effe
minatos de terra. purgauitqꝫ uniuersa
sordes uoloꝝ que fecerant p̄res ei⁹.
In super ⁊maachã matrem suam. amoꝟ
ne eet p̄inceps in sacris p̄riapi. ⁊in luc
eius. quem ꝺspecrauerat. Subuertitqꝫ
spectum eius. ⁊ꝺfregit simulacrum tur
pissimum. ⁊obussit in torrente cedron.
excelsa aut̄ non abstulit. Verumtamẽ
cor asa perfẽm erat cum deo xtis dieb⁹
suis. Et intulit ea que scificauerat p̄
sius. ⁊ uouerat in domum dñi. argen
tum tauros ⁊ uasa. Bellum autẽ erat
inter asa ⁊baasa regem ſisrael. xtis die
bꝫ eoꝝ. Ascendit quoqꝫ baasa rex ſ-
rael in iudam. ⁊ edificauit rama. ut ñ
posset quispiam egredi uel ingredi de
parte asa regis iude. Tollens igitur asa
omne argentum ⁊aurum. quod remã
serat in thesauris domus dñi. ⁊in thesau
ris domus regie. dedit in manus ſuoꝝ
suoꝝ. ⁊misit ad benadad filium ta
brẽmon. filij ezion regem syrie. qui hi
tabat in damasco dicens. Fedus ẽ inť
me ⁊te. ⁊inter p̄rem meum ⁊p̄rem tu
um: ecce misi tibi munera. argentum
⁊aurum. ⁊peto ut uenias ⁊irritum fa
cias fedus quod hẽs cum baasa rege ſ-
rael. ⁊recedat a me. Acquiescens be
nadad regi asa. misit p̄incipes exercituũ
sui. in ciuitates ſisrael. ⁊percusserunt a
hyon. ⁊dan. ⁊abel. domum maacha. ⁊
uniuersam cenereth. omnem ſterram
neptalim. Quod cum audiſſ baasa.
intermisit edificare rama. ⁊ uersus
ẽ in thersa. Rex aut̄ asa. misit nuntium
in omnem iudam: dicens. Nemo sit ex
cusatus. Et tulerunt lapides de rama
⁊ligna eius. quib⁹ edificauerat baasa.
⁊ destruxit de eisdem rex asa. gabaa bẽ
iamin. ⁊maspha. Reliqua aut̄ omnis
ſmonum asa. ⁊uniuersa fortitudines
eius. ⁊ cuncta que fecit. ⁊ ciuitates quas
exstruxit. nonne hec scripta sunt in libꝝ
uerborum dierum regum iuda: Verũtin
in tempore senectutis sue doluit pedes.
⁊dormiuit cum p̄ribꝫ suis. ⁊sepultus ẽ
cum eis in ciuitate dauid p̄ris sui. Re
gnauitqꝫ iosaphat filius eius p̄o eo. ⁊
Nadab uero filius ieroboam. regnauit
super ſisrael: anno secundo asa regis iu
da. Regnauitqꝫ super ſisrael duobꝫ an
nis. ⁊fecit quod malum ẽ in ꝺspectu dñi.
⁊ambulauit in uijs p̄ris sui. ⁊in pecc⁹
suis quib⁹ peccare fecit ſisrl. Insidiatus
ẽ aut̄ ei baasa filius abia. de domo ysa
char. ⁊percussit eum in gebethon. que ẽ
urbs philisthinorum. Nadab quidem ⁊
omnis ſisrael obsidebat gebethon. In
terfecit igitur illum baasa. in anno tr̃io
asa regis iuda. ⁊regnauit p̄o eo. Cuiqꝫ
regnasſ. percussit oẽm domum ieroboa
am. Non dimisit ne uniam quidem a
animam de semine eius donec deleret
eum iuxta uerbum domini quod locu
tus fuerat in manu serui sui ahie silo
nitis. p̄opt̄ peccata ieroboam que pec
cauerat ⁊quib⁹ peccare fecerat ſisrael. ⁊
p̄opter delictum quo irritauerat dñm
deum ſisrael. Reliqua aut̄ sermonũ
nadab. ⁊omnia que operatus ẽ. nõne
hec scripta sunt in libro uerborum die
rum regum ſisrael: Cuiqꝫ bellum inter
asa ⁊baasa regem ſisrael. xtis diebꝫ eor.
In anno tertio asa regis iuda. regnauit
baasa filius abia super omnem ſisrael ĩ
thersa. xxiiij. annis. ⁊fecit malum coꝝ
domino. ambulauitqꝫ in uijs ieroboas
⁊in pecc⁹ eius. quib⁹ peccare fecit ſisl.

XVI

Factus ẽ aut̄ sermo domini ad hieu filiũ
hanani. ctra baasa. dicens.
P̄o eo quod exaltauit te de
puluere. ⁊posui ducem super populum
meum ſisrael. tu aut̄ ambulasti in uia
ieroboam. ⁊peccare fecisti populum me

um ıſrael. ut me uritares in pecĉis eo:
ecce ego demetam posteriora baasa. et
posteriora domus eius. ⁊ faciam domui
tuam sicut domum ieroboam filij nabat.
Qui mortuus fuerit de baasa in ciuitate.
comedent canes. ⁊ qui mortuus fuer
ex eo in regione. comedent uolucres
celi. Reliqua aut̄ sermonum baasa. ⁊ qui
cunq; fecit. ⁊ prelia eius. nonne scripta
sunt in libro uerborum dierum regum
ıſrl? Dormiuit ergo baasa cum patribus
suis. sepultusq; e in thersa. Et regnauit
hela filius eius pro eo. Cum aut in ma
nu hieu filij anani prophete uerbum
domini scium eet contra baasa. ⁊ dom̄
eius. ⁊ contra omne malum quod fecerat
coram domino. ad uritandum eum in
operibus manuum suarum. ut fieret sic
domus ieroboam: ob hanc causam occi
dit eum. hoc e hieu filium anani prophi.
Anno xxvi asa regis iuda. regnauit hela
filius baasa. super ıſrael in thersa duobꝫ
annis. Et rebellauit contra eum seruus
suus zamri. dux medie partis equitat⁹
Erat aut hela in thersa bibens ⁊ ebrius
in domo arsa prefti thersa. ſ feri
ens ergo zamri. percussit occidit eum.
anno xxvij asa regis iuda. regnauitq; si
pro eo. Cumq; regnasset ⁊ sedisset super
solium eius. percussit omnem domum ba
asa. ⁊ non reliquit ex eo mingentem ad
parietem. ⁊ propinquos ⁊ amicos ei.
Deleuitq; zamri omnem domum baasa.
iuxta uerbum domini quod locutus
fuerat ad baasa. in manu hieu prophe.
propter uniuersa peccata baasa. ⁊ peccata
hela filij eius. qui peccauerunt ⁊ pecca
re fecerunt ıſrael. prouocantes dominꝫ
deum ıſrael. in uanitatibus suis. Reliq̄
aut̄ sermonum hela. ⁊ omnia que fecit.
nonne hec scripta sunt in libro uerbo
dierum regum ıſrael. Anno xxvij asa
regis iuda. regnauit zamri vij diebus
in thersa. populo exercitus obsidebat
gebethon urbem philisthinoꝝ. Cumq;
audisset rebellasse zamri. occidisse re
gem. fecit sibi regem omnis ıſrael. amri
qui erat princeps militie super ıſrael in
die illa in castris. Ascendit igitur amri
⁊ omnis ıſrael cum eo de gebethon. ⁊ ob
sidebant thersa. Videns aut zamri q⁹
expugnanda eet ciuitas. ingressus e pa
latium. ⁊ succendit se cum domo regia.
⁊ mortuus e in peccatis suis. que pec
cauerat faciens malum coram dño. ⁊
ambulans in uia ieroboam. ⁊ in pecco
eius. quo fecit peccare ıſrael. Reliq̄
aut̄ sermonum zamri. ⁊ insidiarum ei.
⁊ tyrannidis. nonne hec scripta sunt i
libro uerborum dierum regum ıſrael?
Tunc diuisus e populus ıſrael. in du
as partes. Media pars populi seq̄bat
thebni filium guneth. ut constitueret eu
regem. ⁊ media pars amri. Preualuit
aut̄ populus qui erat cum amri. ꝑ ꝓ
qui sequebatur thebni filium guneth.
Mortuusq; e thebni ⁊ regnauit amri.
Anno xxxj asa regis iuda regnauit a
mri super ıſrael xij annis. In thersa
regnauit vj. annis. Emitq; montem
samarie a semer duobꝫ talentis argẽti.
edificauitq; eam. ⁊ uocauit nomen ci
uitatis quam extruxerat nomine se
mer. domini montis samarie. Fecit a
mri malum in ospectu domini. ⁊ ope
ratus e iniquitatem. super omnes qui fue
rant ante eum. Ambulauitq; in omi
nia ieroboam filij nabath. ⁊ in pecĉis
eius quibꝫ peccare fecit ıſrael. ut iracun
diret dominum deum ıſrael in uanita
tibꝫ suis. Reliqua aut̄ sermonũ amri.
⁊ prelia eius que gessit. nonne hꝫ scrip
ta sunt in libro uerborum dierũ regum
ıſrael? Et dormiuit amri cum patribus
suis. ⁊ sepultus e in samaria. Regna
uitq; achab filius eius pro eo. Achab
uero filius amri. regnauit super ıſrael.
anno xxxviij asa regis iuda. Et regnauit achab filius amri super ıſrael in sa
maria xxij duobꝫ annis. Et fecit achab
filius amri malum in ospectu domini
super omnes qui fuerunt ante eum. ⁊
Nec sufficeret ei ut ambularet in pecĉis
ieroboam filij nabath. insuper duxit
uxorem iezabel filiam methabaal regis
sidoniorum. ⁊ abijt ⁊ seruiuit baal. et
adorauit eum. Et posuit aram baal in
templo baal. quod edificauerat in sa
maria. ⁊ plantauit lucum. Et addidit
achab in opere suo uritans dominum
deum ıſrael. super omnes reges ıſrael.
qui fuerunt ante eum. In diebꝫ aut̄

REGVM

cuius edificauit abiel de bethel. dixitq;
in abiram primogenito suo fundauit ea.
et in segub nouissimo suo posuit portas
eius. iuxta uerbum domini. quod lo
cutus è in manu iosue filij nun.

Dixitq; helias
thesbites de habitatoribus ga
laad. ad achab. Viuit dñs
deus israel. in cuius ospec
tu sto. si erit annis his ros et pluuia. nisi
iuxta oris mei uerba. Et factum è uerbum
domini ad eum dicens. Recede hinc
et uade contra orientem. et absconderis iux
ta torrentem charith. qui è contra iordanem. et
ibi de torrente bibes. coruisq; precepi
ut pascant te ibi. Abiit ergo et fecit iux
uerbum domini. Cumq; abisset sedit
in torrente charith. qui è contra iordanem.
Corui quoq; deferebant ei panem et
carnes mane. similiter panem et carnes
uespere. et bibebat de torrente. Post dies
autē siccatus è torrens: non enim pluerat
super terram. Factus è autē sermo domini
ad eum dicens. Surge et uade in sarep
tam sydonior. et manebis ibi. Precepi
enim ibi mulieri uidue. ut pascat te. et
Surrexit et abiit in sareptam. Cumq;
uenisset ad portam ciuitatis. apparuit
ei mulier uidua colligens ligna. et uo
cauit eam. dixitq; ei. Da michi paulu
lum aque in uase. ut bibam. Cumq;
illa pergeret ut afferret. clamauit post
tergum dicens. Affer michi obsecro et
buccellam panis. in manu tua. Que re
spondit. Viuit dominus deus tuus. quia
non hꝫ panem. nisi quantum pugillꝰ
capere pōt farine in hydria. et paululum
olei in lecythо. Ecce colligo duo ligna.
ut ingrediar. et faciam illud michi et fili
meo. ut comedamus et moriamur. Ad
quam helias ait. Noli timere. sed uade et
fac sicut dixisti. Verumtamen michi primū
fac de ipsa farinula subcinericium panem
paruulum. et affer ad me. Tibi autem
et filio tuo facies postea. Hec autē dicit
dominus deus israel. Hydria farine nō
deficiet. nec lecythus olei minuetur. us
usq; in diem qua daturus è dominus
pluuiam super faciem terre. Qui abiit
et fecit iuxta uerbum helie. Et comedit
ipse et illa. et domus eius. Et ex illa die

hydria farine non defecit. et lecythus olei nō
è imminutus. iuxta uerbum domini quod
locutus fuerat in manu helie. Factum è
autē post uerba hec. egrotauit filius mu
lieris matris familias. et erat languor ei
fortissimus. ita ut non remaneret in eo
alitus. Dixit ergo ad heliam. Quid mihi
et tibi uir dei? ingressus es ad me.
ut rememorarentur iniquitates mee et
interficeres filium meum? Et ait ad eā
helias. Da michi filium tuum. Tu
litq; eum de sinu illius. et portauit eum
in cenaculum ubi ipse manebat. et posuit
super lectum suum. et clamauit ad dñm
et dixit. Domine deus meus. etiam ne
uidue. apud quam ego inquilinus su
stento. afflixisti. ut interficeres filium ei
eius. Et expandit se. atq; mensus è su
puerum tribus uicibus. clamauitq; ad dñm
et ait. Domine deus meus. reuertatur
oro anima pueri huius in uisceribus eius.
Exaudiuit dñs uocem helie. et reuersa
è anima pueri intrinsecus et reuixit. Tu
litq; helias puerum. et deposuit eum in
cenaculo in inferiorem domum. et tradi
dit matri sue. et ait illi. En uiuit filius
tuus. Dixitq; ad heliam. Nunc in isto
cognoui. quia uir dei es tu. et uerbum dñi
in ore tuo uerum est.

XVIII

Post dies multos factum est
uerbum dñi ad heliam in
anno tertio dicens. Vade et
ostende te achab. ut det
pluuiam super faciem terre. Iuit ergo
helias ut ostenderet se achab. Erat au
fames uehemens in samaria. Vocauit
q; achab abdiam dispensatorē domus
sue. Abdias autē timebat dñm ualde.
Nam cum interficeret iezabel prophas
domini. tulit ille c prophas. et abscondit
eos quinquagenos. quinquagenos in
speluncis. et pauit eos pane et aqua. Dixit
ergo achab ad abdiam. Vade in terram
ad uniuersos fontes aquarum. et in rui
ualles. si forte inuenire possimus herbi.
et saluare equos et mulos. et non penitus
iumenta intereant. Diuiserunt sibi
regiones. ut circuirent eas. Achab ip
se abiit per uiam unam. et abdias per alias
seorsum. Cumq; esset abdias in uia eccē
as occurrit ei. Quem cum cognouisset ei.

ceciderit super faciem suam. et ait. Nu
ces domine mi helias? Cui ille respondit. Ego. Vade et dic domino tuo. Adest helias.
Et ille. Quid peccaui inquit tibi. qm tradis seruum tuum in manu achab. ut interficiat me? Viuit dominus deus tuus. non è gens aut regnum. quo non miserit dominus meus te requirens. Et quando dixerint non è hic. adiurauit regna singula. et gentes. eo q̃ minime reperirent.
Et nunc dicis mihi. uade et dic domino tuo. adest helias. Cumq; recessero a te spiritus domini asportabit te in locum quem ego ignoro. et ingressus nuntiabo achab et non inuenies te interficiet me. Cum aut seruus tuus timet dominum ab infantia sua. Nunquid non indicatum è tibi domino meo quid fecerim. cum interficeret iezabel prophetas domini. q̃ absconderim de prophetis domini. c. uiros. quinquagenos et quinquagenos in speluncis. et pauerim eos pane et aqua. et nunc tu dicis uade et dic domino tuo. adest helias ut interficiat me. Et dixit helias. Viuit dominus exercituum. ante cuius conspectum sto. quia hodie apparebo ei. Abiit ergo abdias in occursum achab. et indicauit ei. Venitq; achab in occursum helie. et cum uidisset eum ait. Tu ne es ille qui conturbas israel? Et ille ait. Non ego turbaui israel. sed tu et domus patris tui. qui dereliquistis mandata domini. et secuti estis baalim. Verumtamen nunc mitte et congrega ad me uniuersum israel in monte carmeli et prophetas baal. q̃ dugentos l. prophetasq; lucorum q̃dringentos. qui comedunt de mensa iezabel. Misit achab ad omnes filios israel. et congregauit prophetas in monte carmeli. Accedens aut helias. ad omnem populum ait. Vsq; quo claudicatis in duas partes? Si dominus è deus. sequimini eum. si aut baal sequimini illum. Et non respondit ei populus uerbum. Et ait rursum helias ad populum. Ego remansi propheta domini solus. prophetæ aut baal quadringenti l. uiri sunt. Detur nobis duo boues. et illi eligant unum bouem. et in frusta concidentes. ponant super ligna. ignem aut non supponant. Et ego faciam bouem alterum. et imponam super ligna. ignemq; non supponam. Et inuocate nomina

deorum uestrorum. et ego inuocabo nomen domini. et deus qui exaudierit per ignem ipse sit deus. Respondens omnis populus ait. Optima propositio. quam locutus è helias. Dixit ergo helias prophetis baal. Eligite uobis bouem unum. et facite primi. quia uos plures estis. et inuocate nomina deorum uestrorum. ignemq; non supponatis. Qui cum tulissent bouem quem dederat eis. fecerunt et inuocabant nomen baal. de mane usq; ad meridiem dicentes. Baal. exaudi nos. Et non erat uox. nec qui responderet. Transiliebantq; altare quod fecerant. Cumq; esset iam meridies. illudebat eis helias dicens. Clamate uoce maiore. Deus enim è. et forsitan loquitur. aut in diuersorio è. aut in itinere. aut certe dormit ut exurgat. Clamabant ergo uoce magna. et incidebant se iuxta ritum suum. cultris et lanceolis. donec perfunderentur sanguine. Postq; aut transiit meridies. et illis prophetabat usq; ad tempus quo sacrificium offerri solet. nec audiebatur uox. neq; aliquis respondebat. nec attendebat orantes. dixit helias omni populo. Venite ad me. Et accedente ad se omni populo. curauit altare domini. quod destructum fuerat. et tulit xii lapides iuxta numerum tribuum filiorum iacob. ad quem sermo domini. dicens. israel è nomen tuum. et ædificauit de lapidibus altare in nomine domini. Fecitq; aquæ ductum quasi duas arabunculas in circuitu altaris. et composuit ligna. Diuisitq; per membra bouem. et posuit super ligna. et ait. Implete quattuor hydrias aqua. et effundite super holocaustum et super ligna. Rursumq; dixit. Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent secundo. ait. Etiam tertio idem facite. Fecerunt et tertio. Et currebat aqua circa altare. et fossa aquæ ductus repleta è. Cumq; iam tempus esset ut offerretur holocaustum. accedens helias propheta ait. Domine deus abraam ysaac et israel. hodie ostende quia tu es deus in israel. et ego seruus tuus. et iuxta præcepta tua feci omnia uerba hæc. Exaudi me domine exaudi me. ut discat populus iste quia tu es dominus deus. et tu conuertisti corda eorum iterum. Cecidit





REGVM

aut ignis dominum. 7 uorauit holocaustum 7 ligna. 7 lapides pulueremq; 7 aquam. que erat in aque ductu lambens. Quod cum uidisset omnis ppls. cecidit in faciem suam: 7 ait. Dominus ipe é deus. dominus ipe é deus. Dixitq; helias ad eos. Apprehendite prophetas baal: 7 ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent duxit eos helias ad torrentem cison: 7 interfecit eos ibi. Et ait helias ad achab. Ascende comede 7 bibe. quia sonus multe pluuie é. Ascendit achab ut comederet 7 biberet. helias aut ascendit in uertice carmeli. 7 pronus in terram posuit faciem inter genua sua. 7 dixit ad puerum suum. Ascende 7 prospice uiam. Qui cum ascendisset. 7 contemplatus eet. ait. Non é quicq;. Et rursum ait illi. Reuertere usq; octies. Factumq; est in octaua uice. ecce nubecula parua quasi uestigium hominis ascendebat de mari. Cui ait. Ascende 7 dic achab. Iunge currum tuum 7 descende. ne occupet te pluuia. Cumq; se uertisset huc atq; illuc. ecce celi obtenebrati sunt. 7 nubes uentus. 7 facta é pluuia grandis. Ascendens itaq; achab abijt in iezrahel. 7 manus domini facta é super heliam. accinctisq; lumbis cucurrit ante achab. donec ueniret in iezrahel.

XVIIII

Nunciauit aut achab iezabel omnia que fecerat helias. 7 quomodo occidisset omnes prophetas gladio. Ad quos misit iezabel nuntium ad heliam dicens. hec michi faciant dij. 7 hec addant. si hac hora cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis. Timuit ergo helias 7 surgens abijt quocunq; eum ferebat uoluntas. Uenitq; in bersabee iude 7 dimisit ibi puerum. 7 ipse uadit in desertum uiam unius diei. 7 Cumq; uenisset 7 sederet sub uno iuniperum. petiitq; animae sue ut moreretur: 7 ait. Sufficit michi domine tolle quesso animam meam. Neq; enim melior sum. q; patres mei. Protinusq; se 7 obdormiuit in umbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum. dixitq; illi. Surge 7 comede. Respexit ecce ad caput suum subtus ceniuit panis 7 uas aque. Comedit ergo 7 bibit. 7 rursum obdormiuit. Reuertensq; est angelus domini secundo. 7 tetigit eum. dixitq; illi. Surge 7 comede. grandis enim tibi restat uia. Qui cum surrexisset. comedit 7 bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus 7 xl noctibus usq; ad montem dei oreb. Cui q; uenisset illuc. mansit in spelunca. 7 Et ecce sermo domini ad eum. dixitq; illi. Quid hic agis helia? At ille ait. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum. quia dereliquerunt pactum domini filij israel. Altaria tua destruxerunt. 7 prophetas tuos occiderunt gladio. 7 derelictus sum ego solus. 7 quesierunt animam meam ut auferant eam. Et ait illi. Egredere 7 sta in monte coram domino. Et ecce dominus transit 7 spus grandis 7 fortis subuertens montes. 7 conterens petras ante dm. Non in spu domini. Et post spm cómotio. 7 Non in comotione dominus. 7 post cómotionem ignis. Non in igne dominus. 7 post ignem sibilus aure tenuis. Quo cum audisset helias. operuit pallio faciem suam. 7 egressus stetit in ostio spelunce. Et ecce uox ad eum dicens. Quid hic agis helias? Et ille ait. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum. quia dereliquerunt pactum tuum filij israel. Altaria tua destruxerunt. 7 prophetas tuos occiderunt gladio. 7 derelictus sum ego solus. 7 quesierunt animam meam ut auferant eam. Et ait dominus ad eum. Uade 7 reuertere in uiam tuam. per desertum in damascum. Cumq; perueneris illuc. unges azahel regem syriam. 7 hieu filium namsi unges regem super israel. heliseum aut filium saphat qui é de abelmeula unges prophetam pro te. Et erit. Quicunq; fugerit gladium azahel: occidet eum hieu. Et quicunq; fugerit gladium hieu: interficiet eum heliseus. Et dereliqui michi in israel. vij milia uirorum q; non genua non sunt curuata baal. 7 omne os q; non adorauit eum. osculans manum. Profectus ergo inde helias. reppe rit heliseum filium saphat. arantem in

ry ungis boum. 7 ipe in ry armentis
unus erat. Cumq; uenisset belias ad
eum misit pallium suum super illum.
Qui statim relictis bobus. cucurrit po
heliam. 7 ait. Osculer oro te pientem meu
7 matrem meam. 7 sic sequar te. Quibꝫ
et. Vade. 7 revertere. Quid enim mei
erat feci tibi. Reversus aut ab eo. tulit
par boum. 7 mactauit illud. Et in ar
tro boum. coxit carnes 7 dedit populo.
7 comederunt. Consurgensq; abiit 7
secutus é heliam 7 ministrabat ei.

XX

Dixo benadad rex syrie con
gregauit omnem exercitum
suum. 7 xxxii duces regum
secum. 7 equos 7 curros. et
ascendens pugnabat contra samariam. 7
obsidebat eam. Misitq; nuncios ad
achab regem israel in ciuitatem ait. Hec
dicit benadad. Argentum tuum 7 aurum
tuum mecum é. Vxores tue 7 filii tui
optimi mei sunt. Rex itaq; israel.
iuxta uerbum tuum domine mi rex. tuus
sum ego. 7 omnia mea. Reuertentesq;
nuncii. dixerunt. Hec dicit benadad q
misit nos ad te. Argentum tuum 7 aurum
tuum. 7 uxores tuas 7 filios tuos dabis
michi. Cras igitur hac eadem hora
mittam seruos meos ad te. 7 scrutabuntur
domum tuam. 7 domum seruorum tuorum
omne quod eis placuerit ponent manibus
suis. 7 auferent. Vocauit ait rex
israel. omnes seniores terre. 7 ait. Aduer
tite 7 uidete. quia insidiatur nobis.
Misit enim ad me pro uxoribus meis 7
filiis. 7 pro argento 7 auro. 7 non abnui
Dixerunt q; omnes maiores natu. 7 u
niuersus populus ad eum. Non audi
as acquiescas illi. Respondit itaq; nun
benadab. Dicite domino meo regi. Om
propter que misisti ad me seruum tuum. i
mino faciam. hanc autem rem facere non
possum. Reuersiq; nuncii. renuntiauerunt
ei omnia. Qui remisit 7 ait. Hec faci
ant michi dii. 7 hec addant. si sufficerit
pulus samarie. pugillus omnis popli
qui sequitur me. Et respondit rex israel. 7
ait. Dicite ei. Non gloriet accinctus
que ut discinctus. Cum é aut cum au
disset benadab uerbum istum. bibebat
ipe 7 reges in umbraculis. Et ait suis

suis. Circumdate ciuitatem. Et circi
dederunt eam. Et ecce prophe unus
accedens ad achab regem israel ait ei.
Hec dicit dominus tibi. Cernis uidelicet
omnem multitudinem hanc ingentem.
Ecce ego tradam eam in manum tuam hodie.
ut scias quia ego sum dominus. Et
ait achab. Per quem? Dixitq; ei. Hec
dicit dominus. Per pedis equites pri
cipum prouinciarum. Et ait. Quis
incipiet prelium? Et ille dixit. Tu.
Recensuit ergo pueros principum pro
uinciarum. 7 reperit numerum ducen
torum xxxii. Et post eos recensuit po
pulum. omnes filios israel. vii milia.
7 egressi sunt meridie. Benadab autem
bibebat temulentus in umbraculo sui.
7 reges xxxii cum eo. qui ad auxilium
eius uenerant. Egressi sunt autem pueri
principum prouinciarum. in prima i
fronte. Nuntiauerunt itaq; benadab. qui nun
tiauerunt ei dicentes. Viri egressi sunt
de samaria. At ille ait. Siue pro pace
uenerint apprehendite eos uiuos. siue
ut prelientur. uiuos eos capite. Egres
si sunt ergo pueri principum prouin
ciarum. ac reliquus exercitus sequebatur.
Et percussit unusquisq; uirum qui
se uenerat. Fugerunt q; syri. 7 persecu
tus é eos israel. Fugitq; benadab rex
syrie in equo. cum equitibus suis. Necnõ
egressus rex israel. percussit equos 7 curr.
7 percussit syriam plaga magna. Accessit
autem propheta ad regem israel dixitq; ei. Va
de 7 confortare. 7 scito 7 uide quid facias.
Sequenti autem anno. rex syrie ascendit
contra te. Serui uero regis syrie dixerunt
ei. Dii montium sunt dii eorum. ideo
superauerunt nos. Si melius é ut pu
gnemus aduersus eos in campestribus.
7 obtinebimus eos. Tu ergo uerbum
hoc fac. Amoue reges singulos abeo
rum suo. 7 pone principes pro eis. 7 istam
da numerum militum qui ceciderunt
de tuis. 7 equos secundum equos pris
nos. 7 curros secundum curros quos
ante hiuis. 7 pugnabimus contra eos in
campestribus. 7 uidebis q; optinebimus
eos. Credidit consilio eorum. 7 fecit ita.
Igitur. postq; annus transierat. recen
suit benadab syros. 7 ascendit in affec.



REGVM

ur pugnaret contra israel. Porro filij israel
reensia sunt. z acceptis cibarijs profec
er aduerso. castrametata sunt contra eos.
quasi duo parui greges caprarum. Sy
rij aut repleuerunt terram. Et accessit
unus uir dei: dixit ad regem israel. Hec
dicit dominus deus. Quia dixerunt si
rij: deus montium e dominus. z non e
deus uallium. dabo omnem multitu
dinem hanc grandem in manu tua: z
scietis quia ego sum dominus. Diuige
bantq; illi diebus ex aduerso. hinc atq; illi
ac. Septima aut die. comissum est
bellum. Percusseruntq; filij israel de sy
ris. centum peditum in die una. Fugerit
aut qui remanserant in affech ciuitatem.
z cecidit murus super xxvij milia homi
num qui remanserant. Porro benadab
fugiens ingressus e ciuitatem. in cubi
culum. quod erat intra cubiculum. Di
xerunt ergo ei serui sui. Ecce audiuimus
q; reges domus israel. clementes sunt.
Ponamus itaq; saccos in lumbis nris.
z funiculos in capitibus nris. z egrediamur
ad regem israel: forsitan saluabit animas
nras. Accinxerunt saccis lumbos suos.
z posuerunt funes in capitibus suis. uene
runtq; ad regem israel: z dixerunt ei. Ser
uus tuus benadab dicit. Viuat obse
te anima mea. Et ille ait. Si adhuc un
us frater meus e. Quod acceperunt omi
n pro omine. z festinantes rapuerunt ver
bum ex ore eius atq; dixerunt. Frater
tuus. benadab. Et dixit eis. Ite z adduca
te eum ad me. Egressus e ergo benadab
ad eum. z leuauit eum in currum suum.
Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pa
meus a patre meo restituam. z plateas face
in damasco. sicut fecit pater meus in sama
ria. z ego federatus recedam a te. Percus
e ergo fedus z dimisit eum. Tunc unus q-
dam de filijs prophetarum. dixit ad socium
suum in sermone domini. Percute me.
At ille noluit percutere. Qui ait. Quia
noluisti audire uocem domini: ecce re
cedes a me. z percutiet te leo. Cumq; pau
lulum recessisset ab eo. inuenit eum leo
atq; percussit. Et z alterum inueniens
uirum. dixit ad eum. Percute me. Qui
percussit eum z uulnerauit. Abijt ergo i
prophe. z occurrit regi in uia. z mutauit
aspectione pulueris oculos suos. Cu
q; rex transisset: clamauit ad regem z di
xit. Seruus tuus egressus e ad prelium
dum in commune. Cumq; fugisset uir
unus. adduxit eum quidam ad me: et
ait. Custodi uirum istum. qui si lapsus
fuerit. erit anima tua pro anima eius. i
aut talentum argenti appendes. Dum i
aut ego turbatus huc illucq; me uerte.
subito non apparuit. Et ait rex israel ad
eum. Hec e iudicium tuum: quod ipe de
cernisti. At ille statim abstersit puluere
de facie sua. Et cognouit eum rex israel.
q; esset de prophetis. Qui ait ad eum. Hec
dicit dominus. Quia dimisisti uirum
dignum morte de manu tua. erit aia tua
pro anima eius. z populus tuus pro po
pulo eius. Reuersus e igitur rex israel
in domum suam. auditor tremens. et
frustrabundus uenit in samariam.

XXII

Post uerba aut hec. fuit ui
nea erat naboth iezrahe
lite. que erat in iezrahel. iux
palatium regis achab samа
rie. Locutus e ergo achab ad naboth. di
cens. Da michi uineam tuam. ut faciat
michi ortum oleum. quia uicina e et
prope domum meam. dabo q; tibi pro ea
uineam meliorem. Aut si tibi comodi
plus. argenti pretium quanto digna e
dabo. Cui respondit naboth. Propitius sit
michi dominus: ne dem hereditatem patrum
meorum tibi. Venit ergo achab in domum
suam indignans. z fremens. super uerbo
quod locutus fuerat ad eum naboth iez
rahelites dicens. non dabo tibi hereditatem
patrum meorum. z proiciens se
in lectulum suum. auertit faciem suam
ad parietem. z non comedit panem. In
gressa e aut ad eum iezabel uxor sua. di
xitq; ei. Quid e hoc. unde anima tua
tristata e. z quare non comedis panem?
Qui respondit ei. Locutus sum naboth iez
rahelite. z dixi ei. Da michi uineam tuam.
accepta pecunia. aut si tibi placet. dabo
tibi uineam meliorem pro ea. Et ille
ait. Non dabo tibi uineam meam. Di
ergo ad eum iezabel uxor eius. Iudex
auctoritatis es. z bene regis regnum isrl.
Surge comede panem. z equo animo e
sto. z ego dabo tibi uineam naboth iez



rabelite. Scripsit itaq; litteras et noie achab. ꝛ signauit eas anulo eius. ꝛ misit ad maiores natu. ꝛ ad optimates qui erant in ciuitate eius. ꝛ habitabant cum naboth. Litterarum aut erat ista sententia. Predicate ieiunium. ꝛ sedere facite naboth inter primos populi. ꝛ submitte duos uiros filios belial contra eum: et falsum testimonium dicant. Benedixe deum ꝛ regem. Et educite eum ꝛ lapidate: sicq; moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu. ꝛ optimates qui habitabant cum eo in urbe sicut preceperat eis iezabel. ꝛ sicut scriptum erat in litteris quas miserat ad eos. Predicauerunt ieiunium ꝛ sedere fecerunt naboth. inter primos populi. Et adducti duo uiri filios diaboli: fecerunt eos sedere contra eum. At illi. s. uiri filii diaboli. dixerunt contra eum testimonium. coram omni multitudine. Benedixit deo naboth ꝛ regi. ꝛ Quamobrem adduxerunt eum extra ciuitatem. ꝛ lapidibus interfecerunt. Misseruntq; ad iezabel. dicentes. Lapidatus est naboth. ꝛ mortuus est. Cum audisset iezabel. lapidatum naboth ꝛ mortuum: locuta est ad achab. Surge possideam uineam naboth iezrahelite. qui noluit tibi acquiescere dare eam accepta pecunia. Non enim uiuit naboth. sed mortuus est. Quod cum audisset achab mortuum. uidelicet naboth. surrexit ut descenderet in uineam naboth iezrahelite. ut possideret eam. Factus est aut sermo dñi ad heliam thesbite. dicens. Surge ꝛ descende in occursum achab regis israel. qui est in samaria. Ecce ad uineam naboth descendit. ut possideat eam. et loqueris ad eum dicens. Hec dicit dñs deus. Occidisti insuper ꝛ possedisti. Et post hec addes. Hec dicit dominus. In loco hoc in quo luxerunt canes sanguinem naboth. lambent canes et tuum. Et ait achab ad heliam. Numquid inuenisti me inimicum tibi. Qui dixit. Inueni. eo quod uenundatus sis ut faceres malum in conspectu domini. Propterea hec dicit dominus. Ecce ego inducam super te malum. ꝛ demetam posteritatem tuam. ꝛ interficiam de achab mingentem ad parietem ꝛ clausum ꝛ ultimum in israel. Et dabo domum tuam sicut domum ieroboam filij nabath. ꝛ sicut domum baasa filij ahia. quia egisti ut me ad iracundiam prouocares. ꝛ peccare fecisti israel. Sed ꝛ de iezabel locutus est dominus dicens. Canes comedent iezabel in agro iezrahel. Si mortuus fuerit achab in ciuitate. comedent eum canes. Si aut mortuum fuerit in agro. comedent eum uolucres celi. Igitur non fuit alter talis ut achab qui uenundatus ut faceret malum in conspectu domini. Concitauit enim eum iezabel uxor sua. ꝛ abhominabilis factus est in tantum ut sequerentur idola. que fecerant amorrei. quos exsumpsit dominus a facie filiorum israel. Igitur cum audisset achab sermones istos. scidit uestimenta sua. ꝛ operuit cilicio carnem suam. Jeiunauitq; ꝛ dormiuit in sacco. ambulauit demisso capite. Factus est aut sermo domini ad heliam thesbite dicens. Nonne uidisti humiliatum achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa non inducam malum in diebus eius. sed in diebus filij sui inducam malum domui eius.

XXIII

Cansierunt igitur tres anni absq; bello inter syriam ꝛ israel. In anno aut tertio descendit iosaphat rex iuda. ad regem israel. Dixitq; rex israel ad seruos suos. Ignoratis q̃ nra sit ramoth galaad. ꝛ negligimus tollere ea de manu regis syrie. Et ait ad iosaphat. Venies ne mecum ad preliandum in ramoth galaad. Dixitq; iosaphat ad regem israel. Sicut ego sum ita ꝛ tu. Populus tuus ꝛ populus meus unum sunt. ꝛ equites mei equites tui. Dixitq; iosaphat ad regem israel. Queso te hodie sermonem domini. Congregauit igitur rex israel prophas quadringentos circiter uiros. ꝛ ait ad eos. Ire debeo in ramoth galaad beliandum. an quiescam? Qui responderunt. Ascende. ꝛ dabit eam dñs in manu regis. Dixit aut iosaphat. Non est hic propheta domini quispiam. ut interrogemus per eum? Et ait rex israel ad iosaphat. Remansit unus. per quem possumus interrogare dominum. sed ego odi eum. qui non prophat mihi bonum sed malum. michias filius iemla. Cui io

RE GV

saphat ait. Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo rex israel cunuchum quendam. & dixit ei. Festina adducere micheam filium iemla. Rex autē israel & iosaphat rex iuda. sedebant unusquisq; in solio suo. uestiti cultu regio. in area iuxta ostium porte samarie. & uniuersi prophetabant in conspectu eorum. Fecit quoq; sibi sedechias filius chanaam cornua ferrea. & ait. Hec dicit dominus. his uentilabis syriam donec deleas eam. Omnesq; prophete similiter prophetabant dicentes. Ascende in ramoth galaad. & uade prospere. & dabit dñs in manus regis. Nuntius uero qui ierat ut uocaret micheam. locutus est ad eum dicens. Ecce sermones prophetarum ore uno bona regi predicant. Sit ergo sermo tuus similis eorum. & loquere bona. Cui micheas ait. Viuit dominus. quia quodcunq; dixerit michi dñs. hoc loquar. Venit itaq; ad regem. & ait illi rex. Micheа ascendemus in ramoth galaad ad preliandum an acquiescam. Cui ille respondit. Ascende & uade prospere. & dabit dominus in manum regis. Dixitq; rex ad eum. Quotiens adiuro te. ut non loquaris michi nisi quod uerum est in nomine domini. Et ille ait. Vidi cunctum populum israel dispersum in montibus. quasi oues non habentes pastorem. Et ait dominus. Non habent dominum. reuertatur unusquisq; in domum suam in pace. Dixit ergo rex israel ad iosaphat. Nūquid non dixi tibi. quia non prophetat michi bonum. sed semper malum. Ille uero addens ait. Propterea audi sermonem domini. Vidi dominum sedentem super solium suum. & omnem exercitum celi assistentem ei a dextris & a sinistris. Et ait dominus. Quis decipiet achab regem israel. ut ascendat & cadat in ramoth galaad. Et dixit unus uerba huiusce modi. & alius aliter. Egressus est spūs & stetit coram domino. & ait. Ego decipiam illum. Cui locutus est dominus. In quo. Et ille ait. Egrediar & ero spūs mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit dominus. Decipies & prevalebis. Egredere & fac ita. Nunc igitur ecce dedit dominus spūm mendax in ore omnium prophetarum tuorum. qui hic sunt. & dominus locutus est contra te malum. Accessit autē sedechias filius chanaam. & percussit micheam in maxillam. & dixit. Quomodo ergo dimisit spūs domini. & loquutus est tibi. Et ait micheas. Videbis eo in die illa. qū ingredieris cubiculum intra cubiculum. ut abscondaris. Et ait rex israel. Tollite micheam. & manebit apud amon principem ciuitatis. & apud ioas filium amelech. & dicite eis. Hec dicit rex. Mittite uirum istum in carcerem. & substentate eum pane tribulationis. & aqua angustie. donec reuertar in pace. Dixitq; micheas. Si reuertens reuertaris in pace. non est locutus in me dominus. Et ait. Audite populi omnes. Ascendit itaq; rex israel & iosaphat rex iuda. in ramoth galaad. Dixit itaq; rex israel ad iosaphat. Sume arma & ingredere prelium & induere uestibus tuis. Porro rex israel mutauit habitum suum. & ingressus est bellum. Rex autē syrie precepit principibus curruum. xxxii duobus dicens. Non pugnabitis contra minorem & maiorem. quempiam. nisi contra regem israel solum. Cum ergo uidissent principes curruum iosaphat. suspicati sunt q̄ ēet rex israel. & impetum fecerunt pugnabantq; contra eum. Et exclamauit iosaphat. & intellexerunt q̄ principes curruum q̄ non ēet rex israel. & cessauerunt ab eo. Vir autē quidam tetendit arcum. & incertum sagittam dirigens. casu percussit regem israel. inter pulmonem & stomachum. Ille uero dixit aurige suo. Verte manum tuam & educe me de exercitu. quia grauiter uulneratus sum. Commissum est ergo prelium in die illa. Et rex israel stabat in curru suo contra syros & mortuus est uespere. Fluebat autē sanguis plage in sinum curruum. Et per hoc infusum est in uniuerso exercitu. Anteq; sol occumberet dicens. Vnusquisq; reuertatur in ciuitatem. & in terram suam. Mortuus est autem rex & perlatus est in samariam. & sepelierunt regem in samaria. Et lauerunt currum eius in piscina samarie. & linxerunt canes sanguinem eius. & arenas lauerunt iuxta uerbum domini q̄ locutus fuerat. Et eli

qua uero fmonum achab. ꝛ uniuerſaq
fecit. ꝛ domus eburnea quam edifica
uit. ꝛ ciuitates urbium quas extruxit
nonne hec ſcripta ſunt in libro ſmonii
dierum regum iſrael. Dormiuit ergo a
chab cum patribus ſuis. ꝛ regnauit ochо
zias filius eius pro eo. Iosaphat uero
filius asa regnare ceperat ſuper iudam
anno quarto achab regis iſrael. ꝛ regna
ta quinq; annorum erat cum regnare
cepiſſet. ꝛ xxv annis regnauit in ieruſa.
Nomen matris eius azuba filia sala
Et ambulauit in omnibus uijs patris ſui
ꝛ non declinauit ex ea. Fecitq; quod
rectum é in ꝯſpectu domini. Verumtñ
excelſa non abſtulit. Adhuc enim ppl̃s
ſacrificabat ꝛ adolebat incenſum. in ex
celſis. Pacemq; habuit iosaphat. cum
rege iſrael. Reliqua aut̃ uerborum io
saphat. ꝛ opera eius que geſſit. ꝛ pre
lia. nonne hec ſcripta ſunt in libro uerbo
dierum regum iuda. Et ꝛ reliquias ef
feminatorum. que remanſerant in die
bus asa patris eius. abſtulit de terra. nec ẽt
rex ꝛ ſtitutus in edom. Rex uero
iosaphat fecerat claſſes in mari. que na
uigarent in ophir propter aurum. ꝛ ire n̄
potuerunt. quia ꝯfracte ſunt in aſiongа
ber. Tunc air ochozias filius achab. ad
iosaphat. Vadant ſui mei cum ſuis nau
is. in nauibus. Et noluit iosaphat. Dor
muitq; iosaphat cum patribus ſuis. ꝛ ſepl̃
tus é cum eis in ciuitate dauid patris ſui.
regnauitq; ioram filius eius pro eo. O
chozias aut̃ filius achab. regnare cepe
rat ſuper iſrael. in ſamaria anno ſepti
mo decimo iosaphat regis iuda. Regq;
uitq; ſuper iſrael duobus annis. ꝛ fecit
malum in ꝯſpectu domini. ꝛ ambulauit
in uia patris ſui. ꝛ matris ſue. ꝛ in uia iero
boam filij nabath. qui peccare fecit iſrael.
Seruiuit quoq; baal. ꝛ adorauit eum. ꝛ
irritauit dominum deum iſrael. iuxta
omnia que fecerat pater eius.

CAPVT XXIII.

Reuaricatus é aut̃ moabi
tes iſrael. poſtq; mortuus eſt a
chab. cecidit q; ochozias per
cancellos cenaculi ſui. quod
habebat in ſamaria. ꝛ egrotauit. Miſit
q; nuntios. dicens ad eos. Ite ꝯſulite be
elzebub deum accharon. utrum uiuet

quicam de infirmitate mea hac. Angls
aut̃ domini locutus é ad heliam thes
bitem. dicens. Surge aſcende in occur
ſum nuntiorum regis ſamarie. ꝛ dices
ad eos. Numquid non é deus in iſrael.
ut uadatis ad ꝯſulendum beelzebub deu
accharon. Quamobrem hec dicit dñs.
De lectulo ſuper quem aſcendiſti non
deſcendes. ſed morte morieris. Et abijt
helias. Reuerſiq; ſunt nuntij ad ocho
ziam. Qui dixit eis. Quare reuerſi e
ſtis. At illi rñderunt ei. Vir occurrit
nobis. ꝛ dixit ad nos. Ite reuertimini
ad regem qui miſit uos. ꝛ dicetis ei. H̄
dicit dominus. Numquid quia non e
rat deus in iſrael. mittis ut ꝯſulatur be
elzebub deus accharon. Propterea de lec
tulo ſuper quem aſcendiſti non deſcen
des. ſed morte morieris. Qui dixit eis.
Cuius figure ꝛ habitus é uir qui occur
rit uobis. ꝛ locutus é uerba hec. At illi dixe
runt. Vir pilloſus ꝛ zona pellicea accinc
tus renibus. Qui ait. Helias thesbites
é. Miſitq; ad eum quinquagenarium ſi
principem. ꝛ quinquaginta qui erant ſb
eo. Qui aſcendit ad eum. ſedentiq; ui
uertice montis. ait. Homo dei. rex pre
cepit ut deſcendas. Rñdensq; helias.
dixit quinquagenario. Si homo dei ſũ.
deſcendat ignis de celo. ꝛ deuoret te ꝛ q̃n
quaginta tuos. Deſcendit itaq; ignis
de celo. ꝛ deuorauit eum. ꝛ quinquaginta
qui erant cum eo. Rurſum miſit ad eũ
principem quinquagenarium alterum.
ꝛ quinquaginta cum eo. Qui locutus
é ei. Homo dei. hec dicit rex. Festina. ꝛ
deſcende. Rñdens helias ait. Si homo
dei ſum ego. deſcendat ignis de celo. ꝛ
deuoret te ꝛ quinquaginta tuos. Deſce
dit ergo ignis dei de celo. ꝛ deuorauit
eum ꝛ quinquaginta eius. Iterũ miſit
principem quinquagenarium tertium.
ꝛ quinquaginta qui erant cum eo. Qui
cum ueniſſet cucurrit genua ante heliã
ꝛ precatus é eum. ꝛ ait. Homo dei noli
despicere animam meam. ꝛ animã ſuo
rum puerorum qui mecum ſunt. Ecce
deſcendit ignis de celo ꝛ deuorauit duos
principes quinquagenarios primos ꝛ
quinquagenos qui cum eis erant. Sed
nunc obſecro ut miſereris aie mee. ꝛ

postula quod uis. ut dem tibi. Dixitq; salomon deo. Tu fecisti cum dauid pre meo miam magnam. tposuisti me regem pro eo. Nunc igitur domine deus impleatur fmo tuus. quem pollicitus es dauid pri meo. Tu enim me fecisti regem super populum tuum multum qui tam innumerabilis è. q; pulue re. Da mihi sapiam tintelligentiam. ut ingrediar coram populo tuo. tegre diar. Quis enim potest populū tuum hunc digne qui tam grandis è iudica re? Dixit aut deus ad salomonē. Quia hoc magis placuit cordi tuo. tnon postu lasti diuitias substantiam tgloriam. nec animas eorum qui te oderunt. nec dies uite plurimos. petisti aut sapientiam tscias. ut iudicare possis populum meum. sup quem constituit te regem. sapia tscientia data sunt tibi. Diuitias aut tsubstantiam et gloriam dabo tibi. ita ut nullus in regi bus. nec ante te. nec post te fuerit similis tui. Venit ergo salomon ab excelso gabaon. in ierusalem coram tabernaculo fœderis. t regnauit super israel. Congregauitq; sibi currus tequites. tfuerunt ei mille q dringenti currus. tx milia equitum. t fecit eos esse in urbibus quadrigarum tcum rege in ierusalem. Precepitq; rex in ierusalem ar gentum taurum quasi lapides tcedros quasi sicomoros que nascuntur in cam pestribus. multitudine magna. Adducebā tur aut ei equi de egipto. tde choa. ane gociatoribus regis. qui ibant temebant pretio quadrigam equorum sexcentos argenteos. tequum. cl. Similiter de uni uersis regnis ethеorum. ta regibus syrie. emptio celebrabatur. III

Cepit aut salomon edifi care domum nomini domi. tpalatium sibimet. Et nu merauit lx milia uiros portantium humeros. tlxx milia qui cederent lapides in montibus. prepositos q; eorum. tria milia sexcentos. Misit q; ad yram regem tyri. dicens. Sicut egi sti cum dauid pre meo. tmisisti ei ligna cedrina ut edificaret sibi domum in q habitauit. sic fac mecum ut edificē domum nomini dei mei. tconsecrem eā ad adolendum incensum coram illo. t fumiganda aromata. tad propositiones panum sempiternam. tholocaustoma ta mane tuespere. sabbis quoq; tneo menys. tsolemnitatibus nomini dei nri in sempiternum. que mandata sunt isti. Domus enim quam edificare cupio. t magna è. Magnus è enim deus noster super omnes deos. Quis ergo poterit prealere. ut edificet ei domum domū. Si enim celum tceli celorum capere eū non queunt. quanto minus ego sum. ut possim ei edificare domum? Sed ad hoc tm. ut adoleatur incensum coram illo. Mitte igitur michi uirum eruditum qui nouerit operari in auro targento. ere t ferro. purpura. coccino. tiacinto. tqui sciat sculpere celatura. cum his artificibus quos mecum hēo in iudea. tin ierusalem. quos preparauit dauid pr meus. Sed et ligna cedrina mitte michi. tabiua. et pinea de libano. Scio enim q; serui tui nouerunt cedere ligna de libano. terunt serui mei cum seruis tuis. ut parentur michi ligna plurima. Domus enī quā cupio edificare. magna è nimis tmirabilis. Propterea operariis qui cesuri sunt ligna seruis tuis. dabo in cibaria tritici choros xx milia. tordei choros totidem. Olei quoq; lata xx milia. Dixit autē hyram rex tyri. per litteras quas misit ad salomon. Quia dilexit dns populum suum. propterea te regnare fecit super eos. Et addidit. dicens. Benedictus dns deus israel. qui fecit celum tterrā. qui dedit dauid regi filium sapientem te ruditum. tsensatum atq; prudentem. ut edificaret domum domino tpalatium sibi. Misi ergo tibi uirum prudentem tscientissimum hyram patrem meum filium mulieris uidue de filiabus dan. cuius pater tyrius fuit. qui nouerit operari in auro targento. ere t ferro. tmarmore tlignis. purpura quoq; tia cinto tbysso tcoccino. tqui sciat celare omnem sculpturam. tadinuenire pru denter quodcumq; in opere necessarium è. cum artificibus tuis. tcum artificibus domini mei dauid patris tui. Triticum ergo tordeum toleum tvinum que pollicitus es domine mi mitte seruis tuis. Nos aut cedemus ligna de libano. q;

quor necessaria bueris ⁊applicabim⁹
ea ratibꝫ per mare in ioppe. tuum erit
transferre ea in ierlim. ⁊Numerauit rex
salomon omnes uiros proselytos. qui
erant in terra ysrael. post dinumeratio
nem quam dinumerauerat pater eius.
⁊inuenti sunt. cl. milia ⁊xxx milia ser
centi. Fecitqꝫ ex eis lxx milia. qui bu
meris onera portarent ⁊lxxx milia. q̃
lapides in montibꝫ cederent. ⁊xxx mil̃
aut̃ ⁊tercentos prepositos operum ppli

Cepit salomon IIII
edificare domum dñi
in ierlim in monte moria.
qui demostratus fuerat
dauid pri eius in loco quem parauerat
dauid in area ornam iebusei. Cepit
aut̃ edificare mense secundo. anno iiij
regni sui. Et hec sunt fundamenta q̃
iecit salomon. ut edificaret domum dñi
Longitudinis cubitos in mensura pri
ma. lx. latitudinis cubitos xx. porti
cum uero ante frontem que extendeba
tur in longum iuxta mensuram la
titudinis domus cubitorum xx. por
altitudo c xx. cubitorum erat. Et deau
rauit eam intrinsecus auro mundissimo.
Domum quoq; maiorem texit tabulis
abiens. ⁊laminas auri obrizi affixit
per totum. Sculpsitqꝫ in ea palmas. ⁊
quasi catenulas se inuicem amplecten
tes. Strauit quoq; pauimentum templi
pretiosissimo marmore. decore multo.
Porro aurum erat probatissimum de
cuius laminis texit domum ⁊trabes
eius. ⁊postes ⁊parietes ⁊ostia. Et ce
lauit cherubim in parietibꝫ. Fecit q̃q;
domum sci scꝝ. longitudinem iux̃
latitudinem domus cubitorum xx. et
latitudinem similiter xx cubitorum. ⁊
laminis auri eas texit eam quasi talẽtis
sexcentis. Cly ⁊clauos fecit aureos. ita
ut singuli claui siclos quinquagenos
appenderent. Cenacula quoq; texit
auro. Fecit etiam in domum sci scꝝ
cherubim duos opere statuario. ⁊texit
eos auro. Ale cherubim xx cubitis extẽ
debantur. ita ut una ala habet cubitos v.
⁊tangeret parietem domus. ⁊altera v. ⁊
cubitos habens alam tangeret alterius
cherub. Similiter cherub alterius ala
v. hẽbat cubitos. ⁊tangebat parietem. ⁊
altera ala eius v. cubitorum. alam dex
tram alterius tangebat. Igitur ale alteri⁹
q̃ dextrum expanse erant. ⁊extendebãt
per cubitos xx. Ipi aut̃ stabant erectis
pedibꝫ. ⁊facies eorum uerse erant ad
exteriorem domum. Fecit quoq; uelũ
ex iacineto. purpura cocco ⁊bysso. ⁊in
texuit cherubim. Ante fores etiam
templi. duas columpnas que xxxv
cubitos altitudinis. habebant capitel ea
v. cubitorum. necnon ⁊quasi catenu
las in oraculo. ⁊fecit posuitq; ea capi
bꝫ columpnarum. Malagranata et
c. que catenulis interposuit. Ipas q̃q;
columnas posuit in uestibulo templi.
unam a dextris alteram a sinistris. ei
que a dextris uocauit iachim. ⁊que
ad leuam booz. IIII

Fecit quoq; altare eneum
xx cubitorum longitudi
⁊x cubitorum latitudi
⁊x cubitorum altitudinis.
Mare etiam eneum fusile x cubitorum
a labio usqꝫ ad labium. rotundum per
circuitum v. cubitos habebat altitudi
⁊funiculus xxx cubitorum ambiebat
per gyrum eius. Similitudo quoq; bo
um. erat subter illud. Et x cubitis q̃
dam extrinsecus celature quasi duo
uersibꝫ. labium maris circuibant. Bo
ues aut̃ erant fusiles. ⁊ipm mare sup
xij boues positum erat. Quorum tres
respiciebant ad aquilonem. ⁊alij tres
ad occidentem. Porro alij tres ad me
diem. ⁊tres qui reliqui erant ad orien
tem. Sedentes mare superpositum. Poste
riora aut̃ boum erant intrinsecus sub
mari. Porro nastitas eius hẽbat men
suram palmi. ⁊labium illius erat quasi
labium calicis. uel repandi lilij. Ca
piebatqꝫ mensure xxx milia metreta.
Fecit quoq; x as x. ⁊posuit v. ad dex
⁊v. a sinistris. ut lauarent in eis oia
que in holocaustum oblatum erant. ⁊
porro in mari sacerdotes lauabantur.
Fecit aut̃ candelabra aurea x. secundũ
speciem quam uiderat fieri. ⁊posuit ea i
templo. v. ad dextra ⁊v. a sinistris. Nec
non ⁊mensas x. posuitq; eas in templo.
v ad dextra ⁊v a sinistris. Phialas q̃q;

aureas. c. Fecit aut altare thurum facerdoti. thabilicam grandem. thostia in basilice que texit eam. postea mare positum in la tere dextro. ad orientem ad meridiem. Fecit quoq; hyram etiam lebetes tcar agines tfialas. topleuit omne opus regis in domo dei. hec e columnas duas. tepistilia tcapita. tquasi quedam reticula. que capita regerent super epi stilia. Adalagmata quoq; ol. tretia cula duo. ita ut binis ordines maloru granatorum. singulis reticulis imi gerentur. que protegerent epistilia. t capita columnarum. Bases etiam fe cit texas. quas superposuit basibo. Ma re unum. boues quoq; xij sub mari. t lebetes uel cinagines tfialas. Omnia uasa fecit salomon hyram patri eius in domo domini ex ere mundissimo. i regione iordanis fudit ea rex in ar gillosa terra. inter socho. tsaredatha. Erat aut immensum pondus uasoru immen rabilis. ita ut ignoraretur pondus eri. Fecitq; salomon omnia uasa domus dei. taltare aureum. tmensas. tsuper eas positi panes propositionis. Candelabra quoq; cum lucernis suis. ut lucerent ante oraculum iuxta ordinem ex auro purissimo. tflorentia quedas. tlucernas tforcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymi ama materia quoq; tturibula. tfiala tmortariola. ex auro purissimo. Ethostia eius templi introitus. t ui scā scōrum. thostia templi domus eius. Siccq; opletum e omne opus. qđ fecit salomon in domo domini. intulit igitur salomon. omnia que uouerat dauid pater suus. argentum. taurum tuniuersa uasa posuit in thesauris domus dei.

Tunc congregauit salomon maiores natu israel. tomnes principes tribuum. tcapita familiarum de filiis israel in hierusalem. ut adducerent arcam federis domini de ciuitate dauid. que e syon. Venerunt igitur ad regem omnes uiri israel. in die sollemni mensis septimi. Cumq; uenissent oēs principes seniorum israel. portauerunt leuite arcam. tintulerunt eam. tētm patrium tabernaculi. omnia uasa sanctuarii. que erant in tabernaculo. portauerunt sacerdotes et leuite. Rex aut salomon. tuniuersus cetus israel. tomnes qui fuerant cōgregati. ante archam immolabant arietes tboues absq; numero ullo. Tanta enim erat multitudo uictimarum. Et intulerunt sacerdotes archam federis domini. in locum suum. i. ad oraculum templi in scā scōrum. subtus alas cherubin. ita ut cherubin expanderēt alas suas super locum in quo posita erat arca. tipam tegerent cum uectibus suis. Vectium aūt quibus portabatur arca. quia paululum longiores erāt. capita parebant ante oraculum. Sed uelo quis paululum fuisse extrinsecus. ecce uideri non poterat. Fuit itaq; arca ibi. usq; in pīrem diem. Nichilq; erat aliud in arca. nisi due tabule quas posuerat moyses in oreb. quando legem dedit dominus filiis israel. egredientibus de egypto. Egressis autem sacerdotibus de sācto. omnes enim sacerdotes. qui ibi poterant inueniri. sanctificati fuerāt. nec adhuc in illo tempore uices tministerioru erat inter eos diuisus erat. tam leuite q̄ cantores. i. qui sub asaph erant. tqui sub eman tqui sub idithum. filii tfilie eorum. uestiti bissino. cymbalis tpsalteriis tcithara circumstabant. stantes ad orientalem plagam altaris. tcum eis sacerdotes cxx. canentes tubis. sguttu ris parter tubis. tuoce tcymbalis. tor ganis. tdiuersi generis musicorum ximentes. tuocem in sublime tollentibus. longe sonitus audiebatur. ita ut cum omīm laudare cepissent tdicere. Confitemini domino q̄m bonus. q̄m in seculum misa eius. impleretur domus dei nube. nec possent sacerdotes stare. tministrare propter caliginem. complebat enim gloria domini domum dei.

Tunc salomon ait. Vi dominus pollicitus est. ut habitaret in caligine. ego aut edificaui domum nomini eius. ut habitaret ibi in perpetuum. Et uertit faciem suam. tbenedixit u

nuerse multitudini isr̃l. Iam omnis
turba stabat intenta. Et ait. Benedic
tus dominus deus isr̃l. qui ad locu
tus é dauid pr̃i meo opere ꝓpleuit di
cens. Adie qua eduxi populum meum
de terra egypti non elegi ciuitatem de
cetu tribuũ isr̃l. ut mea ędificaretur
domus nomini meo. nꝫ elegi quemq̃
uirum alium ut ẽet in populo meo isr̃l.
ſs elegi hierusalem. ut sit nomen meum
ibi. Ɂ elegi dauid ut ꝓsit ſuper
ſuper populum meum isr̃l. Cumq;
fuiſſet uoluntatis pr̃is mei dauid. ut ędi
ficaret domum nomini dñi dei
isr̃l. dixit dominus ad eum. Quia
hoc fuit uoluntas tua. ut ędificares do
mum nomini meo. bene quidẽ fecisti.
hanc secundi hanc uoluntatem: ſ tu nõ
ędificabis michi domum. Verumtamen
filius tuus qui egredietur de lumbis tu
is. ipe ędificabit domum nomini meo.
Completur ergo dominus ſmonem
ſuum quem locutus fuerat. Ɂ ego surre
xi pro dauid pr̃e meo. Ɂ sedi ſuper thro
num isr̃l. sicut locutus é dominus. Ɂ ędi
ficaui domum nomini dei isr̃l. Ɂ posui
in ea archam. in qua é pactum domini.
quod pepigit cum filiis isr̃l. Steteꝛq;
coram altari domini ex aduerso uniuer
se multitudinis isr̃l. Ɂ extendit manus
suas. Fecerat quidem salomon basili
cam. Ɂ posuerat eam in medio basili
ce. habentem v cubitos longitudinis. Ɂ v.
cubitos latitudinis. Ɂ tres cubitos alti
tudinis. Steteꝛq; super eam. Ɂ ꝓcidens
flexis genibus contra uniuersam multitu
dinem isr̃l. Ɂ palmis in celum leuatis
ait. Domine deus isr̃l. non é similis tui
deus. in celo Ɂ in terra. qui custodis
pactum Ɂ miam cum seruis tuis. qui
ambulant coram te in toto corde suo.
qui prestitisti dauid patri meo
quecunq; locutus fuerat ei. Ɂ que ore
promiseras opere ꝓplesti. sicut Ɂ pr̃is
tempus probat. Nunc ergo domine
deus isr̃l. impleſ seruo tuo pr̃i meo
dauid. quecunq; locutus es dicens.
Non auferet de te uir coram me. qui
ſedeat ſuper thronum isr̃l. tm̃ ſi cu
stodierint filii tui uias meas. Ɂ ambu
lauerint in lege mea. sicut Ɂ tu ambu
lasti coram me. Et nunc domine deus
isr̃l. firmetur ſmo tuus quem locutꝰ
es seruo tuo dauid. Ergo ne credibile ẽ
ut habitet deus cum hominibus super tm̃
Si celum Ɂ celi celorum non te capiũt
quanto magis domus ista quam ędi
ficaui. Sed ad hoc tm̃ fca é. ut respicias
ad oronem serui tui. Ɂ obsecrationem
eius domine deus meus. Ɂ audias pre
ces quas fundit famulus tuus co
ram te. ut aperiãs oculi tui super domum
istam. die ac nocte super locum in q̃
pollicitus es ut inuocaret nomẽ tu
um. Ɂ exaudires oronem quam fecerit
orat in eo. Exaudi preces famuli tui
Ɂ populi isr̃l. Quicunq; orauerint
in loco isto. exaudi de habitaculo tuo. i.
de celo. Ɂ propitiare. Si peccauerit ꝙs
piam in proximum suum. Ɂ iurare ꝓ
cum paratus uenerit. seqꝫ maledicto ꝓ
strinxerit. coram altari in domo ista. Ɂ
tu exaudies de celo. Ɂ facies iudicium ser
uorum tuorum. ita ut reddas impio
uiam suam in caput proprium. Ɂ iusti
ficans iustum. retribuens ei secundum
iustitiam suam. Si superatus fuerit
populus tuus isr̃l ab inimicis. pecca
uerint enim tibi. Ɂ uersi egerint pnitẽ
tiam. Ɂ obsecrauerint nomen tuum
Ɂ fuerint deprecati in loco isto. tu exau
dies de celo. Ɂ propitiare pecca ꝓpuli
tui isr̃l. Ɂ reduces eos in terram quam
dedisti eis. Ɂ patribus eorum. Si clausum
celo Ɂ pluuia non fluxerit. propter pecca
ta populi. Ɂ deprecati fuerint te in loco i.
Ɂ confessi nomini tuo. Ɂ uersi a peccatis suis
cum eos afflixeris. exaudi de celo Ɂ
dimitte peccata seruo tuo. Ɂ populo tuo
isr̃l. Ɂ doce eos uiam bonam per quam
ingrediantur. Ɂ da pluuiam terre quam
dedisti populo tuo ad possidendum. Si
mes si orta fuerit in terra. Ɂ pestilentia Ɂ
ergo. Ɂ aurugo. Ɂ locusta Ɂ bruchus Ɂ bo
stres uastator. regionibus portas obsede
rint ciuitatis. omnisq; plaga Ɂ infirmi
tas presserit. siquis de populo tuo isr̃l.
fuerit deprecatus cognouerit plagas
Ɂ infirmitatem suam. Ɂ expanderit ma
nus suas in domo hac. tu exaudi de ce
lo Ɂ sublimi scilicet habitaculo tuo. Ɂ pi
tiaberis. Ɂ reddes unicuiq; secundum uias

PARALIPO





suas. quas nosti cum hiere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorum hominum. ut timeant te. t ambulent in uijs tuis. xtis diebus quibus uiuunt super faciem terre. quam dedisti patribus nris. t Extremum quoq; qui non est de populo tuo isl'. si uenerit de terra longinqua. propter nomen tuum magnum. t propter manum tuam robustam. t brachium tuum extentum. t adorauerit in loco isto. tu exaudies de celo firmissimo habitaculo tuo. t facies xta ea pro quibus inuocauerit te ille peregrinus. t sciant omnes populi terre nomen tuum. t timeant te sicut populus tuus isrl. t cognoscant quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam edificaui nomini tuo. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos. per uiam in qua miseris eos. adorabunt te contra uiam ciuitatis hec est quam elegisti. t domus quam edificaui nomini tuo. ut exaudias de celo preces eorum. t obsecrationem tuleasris. Si aut peccauerint tibi. nec enim est homo qui non peccet. t iratus iuscris eis. t tradideris eos hostibus. t captiui deuexerint eos in terram longinquam. uel certe que uicina est. t uerti corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerint. et egerint penitentiam. t deprecati te fuerint in terra captiuitatis sue. dicentes peccauimus iniquefecimus iniuste egimus. t reuersi fuerint ad te in toto corde suo. t in tota anima sua in terra captiuitatis sue. ad quam ducti sunt. adorabunt te contra uiam terre sue. quam dedisti patribus eorum. t urbis quam elegisti. t domus quam edificaui nomini tuo. ut exaudias de celo. hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum. t facias iudicium. t dimittas populo tuo quicquid peccauerit. Tues enim deus meus. aperiantur queso oculi tui. t aures tue intente sint. ad orationem que fit in loco isto. Nunc igitur surge domine deus in requiem tuam. tu t arca fortitudinis tue. Sacerdotes tui domine deus induantur salutem. et sancti tui letentur in bonis. Domine deus ne auertas faciem xpi tui. memento misericordiarum dauid serui tui.

VII

Vmq; complesset salomon fundens preces. ignis descendit de celo. t deuorauit holocausta t uictimas. t maiestas domini impleuit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum dominum. eo q; implesset maiestas domini templum dominum. Omnes filii isrl uidebant descendentem ignem. t gloriam domini super domum. Et corruentes pronis in terram super pauimentum strati lapide. adorauerunt t laudauerunt dominum qm bonus quoniam in seculum mia eius. Ipse aut omnis populus immolabant uictimas coram domino. Immolauit igitur rex salomon. hostias boum xxij milia. t lxx milia. t uictum c. t xxij milia. Et dedicauit domum dei rex. t uniuersus populus. Sacerdotes aut stabant in officijs suis. t leuite in organis carminum domini. que fecit dauid rex ad laudandum dnm. quoniam in eternum mia eius. hymnos dauid canentes. per manus suas. Porro sacerdotes canebant tubis ante eos. et omnis populus stabat. Edificauit quoq; salomon. medium aree ante templum domini. Obtulerant enim ibi holocausta. t adipes pacificorum. q; in altare quod fecerat. non poterat sustinere sacrificia holocausta t adipes pacificorum. Fecit ergo salomon solemnitatem in tpe illo vij diebus. omnis isrl cum eo ecclia magna ualde. ab introitu emath usq; ad torrentem egipti. Fecit quoq; die octauo collectam quia dedicasset altare vij diebus. t solemnitatem celebrasset vij diebus. Igitur in die uicesimo tertio mensis septimi. dimisit populos ad tabernacula sua. letantes atq; gaudentes super bono quod fecerat deus dauid. t salomoni t isrl populo suo. Complenitq; salomon domum dominum. t domum regis. t omnia que disposuerat in corde suo. ut faceret in domo domini t in domo sua. t prosperatus est. Apparuit aut ei dominus nocte. t ait. Audiui orationem. t elegi locum istum mihi in locum sacrificij. Si clausero celum t pluuia non fluxerit. et mandauero t precepero locuste ut de

LIBER

uoce tertiam. & miserio pestilentiam in po
pulum meum. Quesus autē populus
meus super quos invocatum ē nomen
meum deprecatus me fuerit. & exquisie
rit faciem meam. & egerit penitentiam a uijs
suis pessimis. & ego exaudiam de celo. &
propitius ero peccatis eorum. & sanabo ter
ram eorum. Oculi quoq; mei erunt ap
ti. & aures mee erecte ad orationem eius
qui in loco isto orauerit. Elegi enim
& sanctificaui locum istum. ut sit nomen me
um ibi in sempiternum. & permanebunt
oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.
Tu quoq; si ambulaueris coram me. sicut
ambulauit dauid pater tuus. & feceris
uniuersa omnia que precepi tibi. & iustifi
cationes meas uindictasq; seruaueris. suscitabo
thronum regni tui. sicut pollicitus sum
dauid patri tuo. dicens. Non auferetur
de stirpe tua uir qui sit princeps in israel.
Si autem auersi fueritis. & dereliqueritis
iustificationes meas. & precepta mea que pro
posui uobis. & abeuntes seruieritis diis
alienis. & adoraueritis eos. euellam uos
de terra mea. quam dedi uobis. & domum
hanc quam edificaui nomini meo. proiciam
a facie mea. & tradam eam in parabolam
& in exemplum cunctis populis. &
domus ista erit in prouerbium uniuer
sis transeuntibus. & dicent stupentes.
Quare fecit sic dominus terre huic. &
domui huic. Respondebunt. Quia dereli
querunt dominum deum patrum suorum.
qui eduxit eos de terra egipti. & apprehen
derunt deos alienos. & adoraueruntq; eos.
atq; coluerunt. idcirco uenerunt super
eos uniuersa hec mala.

CAPUT VIII

Expletis autē annis. xx.
quibus edificauit salomon do
mum domini. & domum
suam. ciuitates quas de
dit hyram salomoni. edificauit. & habi
tare ibi fecit filios israel. Abijt quoq; in
hemath suba. & obtinuit eam. Et edi
ficauit palmiram in deserto. & alias ci
uitates munitissimas edificauit in e
math. Et extruxit bethoron superiorē
& bethoron inferiorem ciuitates munitas. hās
portas & uectes & seras. Ba
laath etiam. & omnes urbes firmissimas
que fuerunt salomonis. Cunctasq;
urbes quadrigarum. & urbes equitum.
Omnia quecunq; uoluit rex salomō.
atq; disposuit. edificauit in hierusalem.
& in libano. & uniuersa terra potestatis
sue. Omnem populum qui derelictus
fuerat de etheis & amorreis. & ferezeis &
euheis & iebuseis qui non erant de stirpe
israel de filijs eorum. & de posteris quos
non interfecerant filij israel: subiugā
uit salomon in tributarios. usq; in hodi
ernum hanc. Porro de filijs israel non po
suit ut seruirent operibus regis. (pri
mi enim uiri bellatores & duces primi & pri
cipes quadrigarum. & equitum eius. &
Omnes autē principes exercitus regis
salomonis. fuerunt ducenti. l. qui e
rudiebant populum. Filiam uero pha
raonis. transtulit de ciuitate dauid in
domum quam edificauerat ei. Dixerat
enim rex. Non habitabit uxor mea i do
mo dauid regis israel. eo q; sanctificata
sit. quia ingressa ē in eam arcam dñi.
Tunc obtulit salomon holocaustū do
mino super altare domini. quod extru
xerat ante porticum. ut per singulos
dies offerretur in eo iuxta preceptum
moysi. in sabbatis & kalendis. & in festis
diebus ter per annum. i. in sollemnitate
azimorum. & in sollemnitate ebdoma
darum. & in sollemnitate tabernaculorum
Et constituit iuxta dispositionem dauid
patris sui. officia sacerdotum in ministe
riis suis. & leuitas in ordine suo. ut lau
darent & ministrarent coram sacerdo
tibus iuxta ritum uniuscuiusq; diei. & ia
nitores in diuisionibus suis per portam
& portam. Sic enim preceperat dauid
homo dei. Nec prætergressi sunt de
mandata regis. tam sacerdotes q; le
uite. er omnibus que preceperat. Et i
custodijs thesaurorum omnes impēsas
preparatas habuit salomon ex eo die q
fundatum domum domini. usq; in die
quo perficeret eam. Tunc abijt salomo
in asyon gaber. & in malath. ad oram ma
ris rubri. que ē in terra edom. Misitq;
ergo ei hyram per manus seruorum suorum
naues & nautas gnaros maris. & abie
runt cum seruis salomonis in ophyr. Tule
runtq; inde quadringenta. l. talenta
auri. & attulerunt ad regem salomonē.



SECONDO

Egnia quoq; saba IX
cum audiss famam salo
monis. uenit ut tempta
ret eum in enigmatibus
in ierusalem. cum magnis opibus 7
camelis qui portabant aromata. 7 au
ri plurimum. gemmasq; pretiosas. cui
q; uenisset ad salomonem. locuta é ei
quecumq; erant in corde suo. Et expo
suit ei salomon omnia que proposue
rat. nec quicq; fuit quod rei nó perspicuú
fecerit. Quę postq; uidit sapiam. s.
salomonis. 7 domum quam edifica
uerat. ncenon 7 cibaria mensę eius.
7 habitacula seruorum. 7 officia ministro
rum eius. 7 uestimenta eorum. pincernā
quoq; 7 uestes eorum. 7 uictimas quas
immolabat in domo domini. non erat
prestupore ultra in ea spūs. Dixitq; 7
ad regem. Verus é sermo quem audie
ram in terra mea. de uerbis tuis. 7 sapia
tia. Non credebam narrantibus. donec
ipsa uenissem. 7 uidissent oculi mei. 7
probassem uere medietatem michi sa
pientie tue fuisse narratam. Vicisti fa
mam uerbis tuis. Bti uiri tui. 7 bti
serui tui. hi qui assistunt coram te i
omni tpe. 7 audiunt sapiam tuam. 1
Sit dominus deus tuus benedictus.
qui uoluit te ordinare super thronum
suum regem domini dei tui. Quia di
ligit deus israel. 7 uult stare eum in
eternum. ideirco posuit te super eum
regem. ut facias iudicia atq; iustitiā.
Dedit autē regi. cxx talenta auri. 7 aro
mata multa nimis. 7 gēmas pretio
sas. Non fuerunt aromata talia. utiq
que dedit regina saba regi salomoni.
Sed 7 serui huram cum seruis salomo
nis attulerunt aurum de ophyr. 7 ligna
thyina 7 gēmas pretiosissimas. de qbs
fecit rex de lignis thyinis gradus in do
mo domini. 7 in domo regia. cythara
quoq; 7 psalteria cantoribus. Numq;
usq; sunt in terra uisa ligna talia. Rex
autē salomon dedit regine saba. extra q̄
uoluit. 7 que postulauit multo plura
q̄s attulerat ad eum. Que reuersa a
byrit in terram suam cum seruis suis.
Erat autē pondus auri quod offere
batur salomoni per annos singulos
sexcenta lxvj talenta auri. exceptis ca
summa. quam legati diuersarum gē
tium. 7 negotiatores afferebant. Omnes quoq; reges arabie. 7 satrape
terre auru portabant argentum 7 au
rum salomoni. Fecit igitur rex salo
ducentas hastas aureas. de singula
sexcentorum aureorum. qui in singu
lis hastis expendebantur. trecenta q̄s
scuta aurea. ccc aureorum. quibus te
gebantur scuta singula. Posuitq; ea
rex in armamentario quod erat de silua
nemorose. Fecit quoq; rex solium ebū
neum grande. 7 uestiuit illud auro
mundissimo. Ser quoq; gradus q̄b
ascendebatur ad solium. 7 scabellum
aureum. 7 brachiola duo altrinsecus
7 duos leones stantes iuxta brachio
la. Ser 7 alios xij leunculos stantes sup
ser gradus ex utraq; parte. Non fuit
tale solium in uniuersis regnis. Cia
quoq; uasa potus regis erant aurea
7 uasa domus saltus libani ex auro
purissimo. Argentum enim in diebus
illis pro nichilo reputabatur. Classe
naues regis ibant in tharsis cum ser
uis huram. semel in annis tribus. 7 re
ferebant inde aurum 7 argentum. 7 e
bur 7 symias 7 pauos. Magnificatus
é igitur salomon super omnes reges
terre. prediuitijs 7 gloria. Omnes q̄s
reges terrarum desiderabant faciem
uidere salomonis. ut audirent sapiā
quam dederat deus in corde eius. et
deferebant ei munera. uasa argentea
7 aurea. 7 uestes 7 arma. 7 aromata 7
equos. 7 mulos per singulos annos. 1
habuit quoq; salomon xl milia equo
rum in stabulis. 7 currum equitumq;
xij milia. Constituitq; eos in urbib
quas optauerat. 7 ubi erant reges in ierl.
Exercuit etiam potentiam super omnes
reges. a flumine euphratem usq; ad ter
ram philistinorum. 7 usq; ad terminos e
gipti. Tantamq; copiam prebuit
argenti in ierlm. quasi lapidum. 7 ce
drorum tantam multitudinem ue
lut sicomorum que gignuntur in ca
mpestribus. Adducebantur autē ei equi
de egipto. de cunctis regionibus. In
qua uero opera salomonis prioum

PARALIPOMENON

7 nouissimorum. scripta sunt in ubis nadab propheta. 7 in libris habie silonitis. in uisione quoq; addo uidentis oza: ieroboam filium nabath. Hic regnauit apud salomon in iezlin super omē israel xl annis. Dormitq; cum patribus suis. 7 sepelierunt eum in ciuitate dauid. regnauitq; roboam filius eius pro eo.

Profectus é aut roboam in sichem. illuc enim ad israel conuenerat. ut constituerent eum regem. Quod cum audisset ieroboam filius nabath qui erat in egipto. fugerat quippe illū ante salomonem. stetit ut reuertatur. Vocauerunt quoq; eum. 7 uenit cum uniuerso israele. 7 locuti sunt ad roboam. dicentes. Pater tuus durissimo iugo animos pressit. tu leuora imperia patris eius qui nobis grauem imposuit seruitutē 7 paululum de onere subleua. ut seruiamus tibi. Qui ait post tres dies reuertimini ad me. Cum abisset populus iussit roboam cunctis senioribus qui stetrant coram patre eius salomone. dum adhuc uiueret dicens. Quid datis michi. ut respondeam populo? Qui dixerūt ei. Si placuerit populo huic. 7 lenieris eos uerbis clementibus: seruient tibi omni tpe. At ille reliquit consilium senum. 7 cum iuuenibus tractare cepit. qui cum eo nutriti fuerant. 7 erant in comitatu illius. Dixitq; ad eos. Quid uobis uidetur. uel quid debeo respondere populo huic qui dixit mihi. subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus. At illi responderunt ut iuuenes conuenit cum eo delirus. atq; dixerunt. Sic loquere populo qui dixit tibi. pater tuus aggrauauit iugum nrm tu subleua. 7 sic respondebis eis. Minimus digitus meus grossior é lumbis patris mei. Pater meus imposuit uobis iugum graue. 7 ego manus ponderis apponam. Pater meus cecidit uos flagellis. ego uero cedam uos scorpionibus. Venit ergo ieroboam. 7 uniuersus populus ad roboam die tertio. sicut precepterat eis. Et iussit rex duram deserto consilio seniorum. Locutusq; est iuxta iuuenum uoluntatem. Pater meus graue uobis imposuit iugum. ego autem grauius faciam. Pater meus cecidit uos flagellis. ego uero cedam uos scorpionibus. Et non acquieuit populi precibus. Erat enim uoluntas dei. ut impleret sermonem suum. quem locutus fuerat per manum abye silonitis. ad ieroboam filium nabath. Vidēs autē uniuersus israel. regem despexisse dicentem. sic locutus é ad eum. Non é nobis pars in dauid. neq; hereditas in filio ysai. Reuertere in tabernacula tua israel. Tu autē uide domum tuam dauid. Et abiit in tabernacula sua. Super filios autē israel qui habitabant in ciuitatibus iuda. regnauit roboam. Adhuc rex roboam ad uram qui preerat tributis. 7 lapidauerunt eum filii israel. 7 mortuus est. Porro rex roboam cursum fecit ascendere. 7 fugit in hierusalē. Recessitq; israel a domo dauid. usq; ad diem hanc.

Venit autē roboam in hierusalē. 7 conuocauit uniuersam domum iuda. 7 de beniamin centum octoginta milia electorum. atq; bellatorum. ut dimicarent contra israel. 7 reuerteret ad se regnum suum. Factusq; é sermo domini ad semeiam hominem dei dicens. Loquēre ad roboam filium salomonis regē iuda. 7 ad uniuersum israel qui é in iuda 7 beniamin. Hec dicit dominus. Non ascendetis. nec pugnabitis contra fratres uestros. Reuertatur unusquisq; in domum suam. quia mea hec gesta est uoluntate. Qui cum audissent sermonem domini. reuersi sunt nec perrexerunt contra ieroboam. Habitauit autem roboam in hierusalē. Et edificauit ciuitates munitas in iuda. extruxitq; bethleem 7 etham. 7 thecue. Bethsur. 7 socho. 7 odollam. necnon geth. 7 maresa 7 ziph. 7 aduram. 7 lachis 7 azeca. saraa quoq; 7 aialon 7 hebron. quę erant in iuda 7 beniamin. ciuitates munitissimas. Cumq; claussisset eas muris. posuit in eis principes ciboriaq; horrea hec é olei 7 uini. Et in singulis urbibus fecit armamentaria scutorum.

LII

B

ꝛ hastarum. firmauitq; eas fiima dili
genta. ꝛ imperauit sup; iudam ꝛ ben
iamin. Sacerdotes aut ꝛ leuite qui erat
in uniuerso isrl. uenerunt ad eum
de xtis sedib; suis. relinquentes sub
urbana. ꝛ possessiones suas. ꝛ transeun
tes ad iudam ꝛ ierlim. eo q; abiecissent
eos ieroboam ꝛ posteri eius. ne sacerdo
tio domini fungerentur. qui ordinauit
sacerdotes excelsorum. ꝛ demoniorum
uitulorumq; quos fecerat. Sz ꝛ de x
tis tribub; isrl. quicumq; dederat
cor suum ut colerent dominu deum
isrl. uenerunt in ierlim. ad immolandas
uictimas suas domino deo isrl. pfin
siuorum. Et roborauerunt regnu iud.
ꝛ firmauerunt roboam filium salom.
per tres annos. Ambulauerunt enim
uiis dauid. ꝛ salomonis annis tantu
tribus. Duxit aut roboam uxorem ma
alath. filiam ierimuth filij dauid. Abi
gail quoq; filiam heliab filij ysai. qui
peperit ei filios. ieus. ꝛ somoriam. ꝛ zoon.
Post hanc quoq; accepit maacham
filiam absalon. que peperit ei abiam.
ꝛ achy. ꝛ ziza ꝛ salomith. Amauit aut
roboam filiam absalon. super omnes
uxores suas ꝛ concubinas. Nam uxores
decem ꝛ octo duxerat. concubinas quoq;
lx. Et genuit xx ꝛ octo filios. ꝛ lx filias
Constituit uero in capite abiam filiu
maacha. ducem super omnes fres suos.
ꝓpter enim regem facere cogitabat. qa
sapientior fuit ꝛ potentior. super omnes
filios eius. ꝛ in xtis finib; iuda ꝛ ben
iamin. ꝛ in uniuersis ciuitatib; mu
ratis. Prebuitq; eis escas plurimas.
ꝛ multas petiuit uxores

Quoq; roboam finisset
regnum roboam. ꝛ roborata
tum. dereliquit legem dñi.
ꝛ omnis isrl cum eo. Anno autem quinto regni roboam. ascen
dit sesach rex egypti in ierlim. quia pec
cauerunt domino cum mille cc curri
bus. ꝛ lx militib; equitum. nec erat nūs
multi quos uenerat cum eo ex egypto.
libies scilicet. ꝛ troglodite. ethiopes. ce
pitq; ciuitates munitissimas in iud.
ꝛ uenit usq; ad ierusalem. Semeias
aut propha. ingressus e ad roboam ꝛ

ad principes iuda. qui aggregati fuerat
in ierlim. fugientes sesach. Dixitq; ad
eos. hec dicit dominus. Vos reliquistis
me. ꝛ ego reliqui uos in manu sesach.
Consternatiq; principes isrl. ꝛ rex. ꝛ
dixerunt. iustus e dominus. Cūq;
uidisset dominus q; humiliati essent.
factus e sermo domini ad semeiam di
cens. Quia humiliati sunt. non di
sperdam eos. Daboq; eis paurillum
auxilij. ꝛ non distillabit furor meus
super ierlim. per manum sesach. Ve
rumtm fuerint ei. ut sciant distantia
seruitutis mee. ꝛ seruitutis regni terre.
Recessit itaq; sesach rex egypti ab ie
rusalem. sublatis thesauris domus dñi.
ꝛ domus regis. Omniaq; secum tulit
ꝛ clipeos aureos quos fecerat salomō.
ꝓ quib; fecit rex eneos. ꝛ tradidit
illos principib; scutariorum. qui cu
stodiebant uestibulum palatij. Cūq;
introiret rex in domum domini. uehe
bant scutarij. ꝛ tollebant eos. Postq;
referebant ad armamentarium suum.
Verumtm quia humiliati sunt. auersa
est ab eis ira domini. nec deleti sunt
penitus. Siquidē in iuda inuenta
sunt opera bona. Confortatus e igit
rex roboam in ierlim. atq; regnauit.
Quadraginta aut ꝛ unius anni erat
cum regnare cepisset. ꝛ xvij annis re
gnauit in ierlim. urbe quam elegit do
minus ut confirmaret ibi nomē suum
de xtis tribub; isrl. Nomenq; matris
eius. naama. ammanitis. Fecitq;
malum. ꝛ non preparauit cor suum
ut quereret dominum. Opera uero
roboam prima ꝛ nouissima. scripta
sunt in libris semeie proph. ꝛ addo
uidentis. ꝛ diligenter exposita. Pug
nauerunt aut ad inuicem roboam ꝛ ie
roboam. xtis diebus. Et dormiuit ro
boam cum patribus suis. sepultusq; e in
ciuitate dauid. ꝛ regnauit abia filius
eius pro eo.

Anno decimo octauo re
gis ieroboam. regnauit
abia super iudam. Tribus
annis regnauit in ierlim.
Nomenq; matris eius michaia. filia
uriel de gabaa. Et erat bellum inter



abia ꝛ ieroboam. Cumqꝫ missꝫ abia
ce:tamen. ꝛ hꝫ bellicosissimos uiros.
ꝛ electo:um. quadringenta milia. iero
boam instruxit contra aciem octingẽ
ta milia uiro:um. qui ꝛpi erant.
ꝛ ad bella fo:tissimi. Stetit igitur abi
sup:a montem semeron. qui e:at in ephꝝ
im. ꝛ ait. Audi ieroboam ꝛ omnis isr̃l
Num ignoratis. quia dominus de isr̃l
dedit regnum dauid sup:a isr̃l in sẽ
pite:num ipi ꝛ filijs eius un pactum sa
lis. Et surrexit ieroboam filius nabat
se:uus salomonis filij dauid. ꝛ rebella
uit co:ra dominum suum. Congregati
qꝫ sunt ad eum uiri uanissimi. ꝛ filij be
lial. ꝛ p:eualuerunt co:ra roboam filium
salomonis. Porro roboam erat nudus i
co:de pauido. nec potuit resistere eis. i
Nunc ergo uos dicitis q̃ resistere possi
tis regno domini. quod possidet per filio
os dauid. Habentesqꝫ grandem populi
multitudinem. atqꝫ uitulos aureos. qꝫ
fecit uobis ieroboam in deos. Et eie
cistis sacerdotes domini filios aaron ꝛ
atqꝫ leuitas. ꝛ fecistis uobis sacerdo
sicut omnis populus te:rarum. Quic
qꝫ uenerit. ꝛ mundauerit manum suam
in tauro ꝛ in bobus. ꝛ in arietib⁹ ꝛq. fit ꝛ
sacerdos eo:um qui non sunt dij. Nos
aut̃ dominus deus ẽ quem non dereli
quimus. Sacerdotes qui ministrant ꝛ
domino de filijs aaron ꝛ leuite sunt in
o:dine suo. Holocausta quoqꝫ offerunt
domino per singulos dies mane ꝛ ues
pere. ꝛ thimiama iuxta legis p:aecepta ꝛ
effectum. ꝛ p:oponuntur panes in mensa
mundissima. Et qꝫ apud nos candela
brum aureum. ꝛ lucer̃a eius ut accen
dantur semper ad uesp:eram. Nos qꝫ
custodimus p:aecepta domini dei nostr̃.
quem uos reliquistis. Ergo in exe:citu
nro dux deus ẽ. ꝛ sacerdotes eius qui ꝛ
clangunt tubis. ꝛ insonant co:ra uos. ꝛ
filij isr̃l nolite pugnare co:ra dominum
um p:aium uiro:um. quia non uobis ex
pedit. Hec illo loquente ieroboam ins
moliebatur insidias. Cumqꝫ ex aduer
so hostium staret. ignoransq; dauid
suo ambiebat exe:citui. Et respiciẽsqꝫ
uidit instare bellum ex aduer:so
ꝛ post tergum. ꝛ clamauit ad dominũ.

ac sacerdotes tubis canere ceperunt.
omnesqꝫ uiri iuda uociferati sunt. Et
ecce illis clamantib⁹. p:aetereunte deus
ieroboam. ꝛ omnem isr̃l. qui stabat
ex aduerso iudã. ꝛ arcam. Fugerunt
qꝫ filij isr̃l iudam. ꝛ tradidit eos dꝫ
in manus eo:um. Percussit ergo eos
abia. ꝛ populus eius plaga magna. ꝛ
co:ruerunt uulnerati ex isr̃l. D. mili
uiro:um fo:tium. Humiliatiqꝫ sunt ꝛ
filij isr̃l in tpe illo. ꝛ ualentissimi
fo:tiora filij iuda. eo q̃ sp:eraissent in dño
deo p:aium suo:um. Persecutus ẽ aut̃
abia fugientem ieroboam. ꝛ cepit ciui
tates eius bethel ꝛ filias eius. iesana ꝛ
cum filiab⁹ suis. ephro:on quoqꝫ ꝛ filias
eius. Nec ualuit ultra resistere ie:obo
am in diebus abie. Quem p:aecussit
dominus ꝛ mortuus ẽ. Igitur abia cõ
fo:tatus imp:erio suo. accepit uxo:es ꝛ
xiiij. procreauitqꝫ xx ꝛ duos filios ꝛ xvj
filias. Reliqua aut̃ sermonum abie.
uiarumqꝫ ꝛ op:erum eius. scripta sunt
diligentissime in libro ydo p:ophete.

Obiit aut̃ xiiij
abia cum p:aib⁹ suis. ꝛ sepe
lie:unt eum in ciuitate dꝫ.
regnauitqꝫ asa filius eius
p:o eo. in cuius diebus quieuit te:ra an
nis x. Fecit aut̃ asa quod bonum ꝛ pla
citum erat in co:spectu domini dei sui. ꝛ
subuertit altaria peregrini cultus ꝛ ex
celsa. ꝛ confregit statuas. lucosqꝫ succidit.
Precepitqꝫ inde. ut quererent dominũ
deum p:aium suo:um. ꝛ facerent leges
ꝛ mandata p:aecepta. Et abstulit de ci
nis uniu⁹ iuda. aras ꝛ fana. ꝛ regnauit
in pace. Edificauitqꝫ ciuitates mura
tissimas in iuda. quia quietus erat. ꝛ
nulla eius t̃p:ib⁹ bella surrexerant. pa
tronino largiente. Dixit aut̃ inde. Edi
ficemus ciuitates istas. ꝛ uallemus eas
muris. ꝛ turres. ꝛ portis. ꝛ
seris. donec abellis quieta sunt omnia.
eo q̃ quesierimus dominum deum
p:aium nostrum. ꝛ dederit nobis pacẽ
per gyrum. Edificauerunt igitur. nulli
m extruendo impedimentum fuit. Hinc
aut̃ asa in exe:citu suo. portabat scu
ta ꝛ hastas de iuda. ccc milia. De ben
min uero scutariorum ꝛ sagittariorum

PARALIP

cc lxxx milia. Omnes isti uiri fortissimi. Egressus è autē contra eos zara ethiops cum exercitu suo decies centena milia t currus trecentos. t uenit usq; marisa. Porro asa perrexit obuiam. t instruxit aciem ad bellum in ualle sephata. que è iuxta marisa: t inuocauit dominum deum t ait. Domine non è apud te ulla distantia narum paucis auxiliens. an multis. Adiuua nos domine deus nr. Super te enim t in tuo nomine bentes fiduciam: uenimus contra hanc multitudinem. Die deus nr tu es. non prualeat contra te homo. Percussit itaq; dominus ethiopes coram asa t iuda. Fugerunt q; ethiopes. t persecutus è eos asa. t populus qui cum eo erat. usq; gerare. Et ceciderunt ethiopes usq; ad internitionem: quia domino cedente. omnes sunt trucidati in exercitu illius preliantes. Tulerunt ergo spolia multa. t percussert omnes ciuitates per circuitum gerare. Grandis quippe terror xpi inuaserat. Et diruperunt urbes. t multa predam asportauerunt. Sed t caulas ouium destruentes. tulerunt pecorū infinitam multitudinem. t camelos. reuersiq; sunt in ierlm

Azarias aut filius obed. fō in se spū dei. egressus è in occursum asa. t dixit ei. Audite me asa t omnis iuda t beniamin. Dominus uobiscū quia fuistis cum eo. Si quesieritis eum inuenietis. Quod aut derelinqueritis eum. derelinquet uos. Transibunt aut dies multi in israel: absq; deo. t uero. t absq; sacerdote t doctore t absq; lege. Cumq; reuersi fuerint in angustia sua. clamauerintq; ad dominum deum israel. t quesierint eum: inpetrabunt eum. In tpe illo non erit pax egredienti t ingredienti. Sed terrores uniuersis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem. t ciuitas contra ciuitatem: quia dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini. t non dissoluantur manus uestre. Est enim merces operi uo. Quod cum audisset asa uerba. t

t prophetiam azarie filii obed prophete confortatus è. t abstulit ydola de omni terra iuda t beniamin. t de urbibus quas ceperat montis ephraim. et dedicauit altare domini. quod erat ante porticum domus domini. Et congregauitq; uniuersum iudam t beniamin. t aduenas cum eis. de effraim. t de manasse. t de symeon. Plures ei confugerant ad eum ex israel. uidentes q; dominus deus illius esset cum eo. Cumq; uenissent in ierlm mense tertio. anno xv regni asa. immolauerūt domino die illa de manubijs t præda quam adduxerant. Boues septingentos. t arietes vij milia. Et intrauerunt fœdus. ut quererent dominum deum patrum suorum in toto corde t in tota anima sua. Si quis aut non quesierit dominum deum israel. moriatur animo usq; ad maximum. t paruo usq; ad mulierem. Iurauerunt q; domino uoce magna. in iubilo t in clangore tube. t in sonitu buccinarum. omnes qui erāt in iuda cum execratione. Omni enim corde suo iurauerunt. t in tota uoluntate quesierunt eum. t inuenerunt. t requieuit eis dominus per circuitum. Sed t maachan matrem asa regis eo. q; fecisset in luco simulacrum priapi. Quod omnino contrit. t in frusta comminuens obtulit torrenti cedron. Excelsa aut de israel non abstulit. Cor tamen asa erat perfectum cunctis diebus eius. ea que nouerat pater suus. t pecunias illatas in domum domini: argentum et aurum. uasorumq; uarietatem suppellectilem. Bellum aut non fuit usq; ad tricesimum annum regni asa.

In anno autem xxxvj regni eius. ascendit baasa rex israel in iudā. et munire cepit rāmā: ut nullus posset egredi uel ingredi de regno asa. Protulit aut asa argentum. t aurum de thesauris domus domini. t de thesauris regis. misitq; ad benadab regem syrie. qui habitabat in damasco. dicens. Fœdus inter me t te è. pater

OMEN ON

quaqꝫ meus ꝛ pat̄ tuus hucusq; cordiam. Quam obrem misit ibi argentum tantum. ut rupto fœdere qđ fec̄s cum baasa rege ysrael. faceret eum a me recedere. Quo aperto benadab misit principes exercituum suorum ad urbes ysrael. Qui percusserunt ahion ꝛ dan. ꝛ abelmaim. ꝛ omnes thesaurus urbes maozim neptalim. Quod cum audisset baasa. desist edificare ramatha. ꝛ intermisit opus suum. Porro rex asa assumpsit universum iudam. ꝛ tulerunt lapides de rama. ꝛ ligna que edificabat illi preparauerat baasa. edificauitqꝫ ex eis gabaa. ꝛ maspha. In tp̄e illo venit anani propheta. ad asa regem iuda. ꝛ dixit ei. Quia huiusmodi fiducia in rege syrie. ꝛ non in domino deo tuo. idcirco euasit syrie regis exercitus de manu tua. Æthiopes ꝛ libies multo plures erant quadrigis ꝛ equitibus. ꝛ multitudine nimia. Quos cum domino credidisses. tradidit in manu tua. Oculi enim domini circumspiciunt universam terram. ꝛ prebent fortitudinem his qui corde perfecto erga eum. Stulte igitur egisti. et propter hoc etiam in tempore hoc bella consurgent. Iratusqꝫ asa adversus videntem. iussit eum mitti in nervum. Valde quippe super hoc furebat. Interfecit de populo in tempore illo plurimos. Opera autem asa prima ꝛ novissima. scripta sunt in libro regum iuda ꝛ ysrael. Egrotauit autem asa. anno xxxix regni sui. dolore pedum usquequaque. ꝛ nec in infirmitate sua quesiuit dominum. sed magis in medicorum arte confisus est. Dormiuitqꝫ asa cum patribus suis. ꝛ mortuus est anno xli regni sui. Et sepelierunt eum in sepulcro suo. quod fecerat sibi in civitate david. Deposueruntqꝫ eum super lectum suum pleni aromatibus ꝛ unguentis medicatis. que erant pigmentarioꝝ arte confecta. ꝛ combusserunt super eum ambitione magna.

Regnauit autem iosaphat filius eius pro eo. ꝛ munitus est contra ysrael. Constituitqꝫ militum numerosum in cunctis urbibus iuda. que erant munitæ muris. presidiisqꝫ disposuit in terra iuda. ꝛ in civitatibus ephraym. quas ceperat asa pater eius. Et fuit dominus cum iosaphat. Qui ambulauit in viis david patris sui primis. nec speravit in baalim. sed in deo patris sui. ꝛ perrexit in preceptis illius. ꝛ non iuxta peccata ysrael. Confirmauitqꝫ dominus regnum in manu eius. Et dedit omnis iuda munera iosaphat. fueruntqꝫ sunt ei infinite divitiæ. ꝛ multa gloria. Cumqꝫ sumpsisset cor eius audaciam propter vias domini. etiam excelsa ꝛ lucos de iuda abstulit. Tertio autem anno regni sui. misit de principibus suis benayl. ꝛ obdiam. ꝛ zacharia. ꝛ nathanahel. ꝛ michæam. ut docerent in civitatibus iuda. ꝛ cum eis leuitas semeiam. ꝛ zabadiam. ꝛ asahelam. ꝛ semiramoth. ꝛ ionathan. adoniamqꝫ ꝛ tobiam. ꝛ tobadoniam leuitas. ꝛ cum eis elisama. ꝛ ioram sacerdotes. docebant populum in iuda habentes librum legis domini. ꝛ circuibant omnes urbes iuda. atqꝫ erudiebant populum. Timorqꝫ dei factus est super omnia regna terrarum que erant per gyrum iuda. nec audebant bellare contra iosaphat. Philistiim quoque ꝛ arabes munera deferebant. ꝛ decem agnal argenti. Ambo quoqꝫ adducebant pecora arietum septem milia septingentos. ꝛ hyrcos totidem. Crevit ergo iosaphat. ꝛ magnificatus est usqꝫ in sublime. ꝛ edificauit in iuda domos ad instar turrium. urbesqꝫ munitas. ꝛ multa opera patrum in urbibus iuda. Viri quoqꝫ bellatores ꝛ robusti erant in hierusalem. quorum iste est numerus. per domos atqꝫ familias singulorum. in iuda principes erant. filius dure. ꝛ cum eo viri robustissimi. ccc milia. Post hunc iohanan princeps. ꝛ cum eo. cc. lxxx milia. Post istum quoqꝫ amasias filius zechri consecratus domino. ꝛ cum eo. cc. milia virorum fortium. Hunc sequebatur robustus ad prelia chadna. ꝛ cum eo centum milia armatorum arcum ꝛ clipeum. cc milia. Post istum eliam. iozabad. ꝛ cum eo. c. lxxx milia expeditorum militum. Isti omnes erant ad manum regis.







LIBE

exceptis aliis quæ possederat in urbibus munitis. tm uniuersa iuda.

CAPVT XVIII

Vir ergo iosaphat diues & inclitus multum. affinitate iunctus est achab. Descenditq; post annos ad eum in samariam. Ad cuius aduentum mactauit achab arietes & boues plurimos. & populo qui uenerat cum eo. Persuasitq; illi ut ascenderet in ramoth galaad. Dixitq; achab rex israel ad iosaphat regem iuda. Vis mecum in ramoth galaad. Cui ille respondit. Ascendam. & tu. sicut populus tuus. sic & populus meus. tecumq; erimus in bello. Dixitq; iosaphat ad regem israel. Consule obsecro in præsentiarum sermonem domini. Congregauit igitur rex israel prophetarum quadringentos uiros. & dixit ad eos. Ibone ramoth galaad uadere debemus ad bellandum an quiescam. At illi ascende inquiunt. & tradet eam deus in manu regis. Dixitq; iosaphat. Nunquid non est hic propheta domini. ut ab illo etiam requiramus. Et ait rex israel ad iosaphat. Est uir unus a quo possumus querere dominum uolentes. sed ego odi eum. quia non prophetat mihi bonum. sed malum omni die. Est autem michæas filius iembla. Dixitq; ei iosaphat. Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex unum de eunuchis. & dixit ei. Voca cito michæam filium iembla. Porro rex israel. & iosaphat rex iuda. uterq; sedebant in solio suo. uestiti cultu regio. Sedebant autem in area. iuxta portam samarie. omnesq; prophetæ uaticinabantur coram eis. Sedechias uero filius chanaana fecit sibi cornua ferrea. & ait. Hæc dicit dominus his uentilabis syriam. donec consumas eam. Omnesq; prophetæ similiter prophetabant. atq; dicebant. Ascende in ramoth galaad. & prosperabis. tradetq; eos dominus in manus regis. Nuntius autem qui ierat ad uocandum michæam. ait illi. Ecce uerba omnium prophetarum uno ore bona annuntiant regi. Obsecro ergo te. ut sermo tuus ab eis non discrepet. loquarisq; prospera. Cui respondit michæas. Viuit dominus quia quod cumq; dixerit dominus meus. hoc loquar. Venit ergo ad regem. Cui rex ait. Michæa ire debemus in ramoth galaad ad bellandum an quiescere. Cui ille respondit. Ascende. Cuncta enim prosperabuntur. tradentur hostes in manus uras. Dixitq; rex. Iterum atq; iterum te adiuro. ut non loquaris mihi nisi quod uerum est in nomine domini. At ille ait. Vidi uniuersum israel dispersum in montibus. sicut oues absq; pastore. Et dixit dominus. Non habent isti dominos. Reuertatur unusquisq; in domum suam in pace. Et ait rex israel ad iosaphat. Nonne dixi tibi. q; non prophetaret mihi iste quicq; boni. sed ea que mala sunt. At ille rursum ait. Audite uerbum domini. Vidi dominum sedentem in solio suo. & omnem exercitum celi assistere ei a dextris & a sinistris. Et dixit dominus. Quis decipiet achab regem israel ut ascendat & corruat in ramoth galaad. Cumq; diceret unus hoc modo & alter alio. processit spiritus & stetit coram domino. & ait. Ego decipiam eum. Cui dominus. In quo inquit decipies. At ille respondit. Egrediar. & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitq; dominus. Decipies & preualebis. Egredere & fac ita. Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum. & dominus locutus est de te mala. Accessit autem sedechias filius chanaane. & percussit michæam maxillam. & ait. Per quam uiam transiuit spiritus domini ad me ut loqueretur tibi. Dixitq; michæas. Tu ipse uidebis in die illo. quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo. ut abscondaris. At Præcepit autem rex israel dicens. Tollite michæam. & reducite eum ad amon principem ciuitatis. & ad ioas filium amelech. & dicetis. Hæc dicit rex. Mittite hunc in carcerem. & date ei panis modicum. & aque parumper. donec reuertar in pace. Dixitq; michæas. Si reuertendo reuertaris in pace. non est locutus dominus in me. Et ait. Audite populi omnes. Ascendit igitur rex israel. & iosaphat rex iuda. in ramoth galaad. Dixitq; rex israel ad iosaphat. Quando hinc

7 sic ad pugnam uadam. Tu autem
uindicte uestib⁹ tuis. Cumq⁹ exer
israel hirt⁹ueniret ad bellum. Ker ait
sinite precipit ducib⁹ equitatus sui.
dicens. Ne pugnetis cū minimum
aut cū maximum. nisi cū solum
regem israel. Ipsq⁹ cum uidissent pri
cipes equitatus iosaphat. direxerunt
exercitum israel ēe. Et circumdederunt eū
dimicantes. Ad ille clamauit ad dñm
7 auxiliatus ē ei. atq⁹ auertit eos ab il
lo. Cum enim uidissent duces equi
tatus q⁹ non ēet rex israel. reliquerūt
eum. Accidit aūt ut unus e populo
sagittam in incertum iaceret. 7 per cu
teret regem israel. inter ceruicem 7 sca
pulas. At ille auriga suo ait. Conuer
te manum tuam 7 educ me de acie. q⁹
uulneratus sum. Et finita ē pugna
in die illo. Porro rex israel stabat in cur
ru suo. cōtra syros usq⁹ ad uesperam.
7 mortuus ē occidente sole.

Cumq⁹ reuersus ē aūt iosaphat rex iuda in domum suam
pacifice in ierlim. Cui occur
rit ehu. filius anani ui
dens. ait ad eum. Impio prebes au
xilium. 7 his qui oderunt dominum
amicitia iungeris. Et ideo iram q⁹
dem domini meruisti. sed bona opera
inuenta sunt in te. eo q⁹ abstuleris lu
cos de terra iuda. 7 preparaueris cor
tuum ut requireres dominum deum
patrum tuorum. Habitauit ergo iosaphat
in ierlim. Rursumq⁹ egressus est ad
populum de bersabee. usq⁹ ad montem
ephraim. 7 reuocauit eos ad dominum
deum patrum suorum. Constituitq⁹ ju
dices terre in cunctis ciuitatibus iuda
munitis per singula loca. Et precipi
ens iudicib⁹. uidete ait quid faciatis.
Non enim hominis exercetis iudici
um. sed domini. Quodcumq⁹ iudica
ueritis. in uos redundabit. Sit timor
domini uobiscum. 7 cum diligentia
cuncta facite. Non ē enim apud dñm
deum nr̄m iniquitas. nec personarum
acceptio. nec cupido muneris. Ierusa
lem quoq⁹ constituit iosaphat leui
tas 7 sacerdotes. 7 principes familia
rum israel. ut iudicium 7 causam dñi ui

dicarent habitatorib⁹. Precepitq⁹ eis.
dicens. Sic agetis in timore domini
fideliter 7 corde perfecto. Omnem cām
que uenerit ad uos fratrum uestrorum q⁹
habitant in urbib⁹ suis. inter cognationē
7 cognationem. ubicumq⁹ questio ē de
lege. de mandato. de ceremoniis. de iu
stificationib⁹. ostendite eis ut nō pec
cent in dñm. 7 ne ueniat ira super uos.
7 super fratres uestros. Sic ergo agentes nō
peccabitis. Amarias aūt sacerdos 7 pō
tifex uester in his que ad deum pertinent
presidebit. Porro zabadias filius ismahel. qui ē dux in domo iuda. super ea
erunt opera. que ad regis officium per
tinent. habentesq⁹ magistros 7 leuitas. co
ram uobis. Confortamini 7 agite di
ligenter. 7 erit dñus uobiscum i bonis.

Post hec aggregati sunt filij moab. 7 filij ammō
7 cum eis de amonitis ad
iosaphat ut pugnarent cō
tra eum. Ueneruntq⁹ nuntij 7 indicauerunt iosaphat. dicentes. Uenit contra
te multitudo magna de his locis. que
transmare sunt 7 de syria. 7 ecce consistunt
in asasontamar. que ē in engaddi. Quo
saphat aūt timore perterritus. totum
se contulit ad rogandum dñm. 7 predi
cauit ieiunium in uniuerso iuda. Et
congregatusq⁹ ē iudas ad precandū
dominum. 7 omnes de urbib⁹ suis
uenerunt ad obsecrandum eum. Cū
q⁹ stetisset iosaphat in medio ecclie iude.
7 ierlim in domo domini ante atrium
nouum. ait. Domine deus patrum nō
strorum. tu deus in celo. 7 dñaris cūctis re
gnis gentium. in manu tua ē fortitudo
7 potentia. nec quisq⁹ tibi potest resistere
Nonne tu deus noster interfecisti omnes
habitatores terre huius. coram populo
tuo israel. 7 dedisti eam semini abraā
amici tui in sempiternum? habitaueruntq⁹ in ea. 7 extruxerunt tibi sanctū
nomini tuo. dicentes. Si uenerint su
per nos mala. gladius iudicij. pestilentia
7 fames. stabimus coram domo hac
et in conspectu tuo. in qua inuocatum ē no
men tuum. 7 clamabimus ad te in tri
bulationib⁹ nr̄is. 7 exaudies saluos
q⁹ facies. Nunc igitur ecce filij ammō.

PARALIP

7 moab 7 mons seyr: per quos non xcē
sistī filijs isrl. ut trānsirent quando eḡ
diebantur de egipto. ſ declinauerunt
ab eis. 7 non interfecerunt illos. cōno
agunt. 7 intendunt eicere nos de posſeſ
sione. quam tradidisti nobis dominе
deus nr. Ergo non iudicabis eos? A
ſn nobis quidem non tanti é fortitu
do. ut possimus huic multitudini re
sistere. que uenit sup: nos. Ds cum
ignorem⁹ quid agere debeamus. hō
solum hēmus reſidui. ut oculos nros
dirigamus ad te. Omnis uero iuda
stabat coram domino. cum parūulis
7 uxoribꝫ. 7 liberis suis. Erat autē ia
ziel filius zacharie filij banaie filij ie
hiel filij mathanie leuites. de filijs a
saph. supē quem fōtus é ſpūs dominī
in medio turbe. 7 ait. Attendite omēs
iuda. 7 qui habitatis in ierlm. 7 tu rex io
saphat. hec dicit dominus uobis. ✠
Nolite timere. nec pauetis hanc mul
titudinem. Nō é enim uīa pugna. ſ
dei. Cras descendetis contra eos. ascen
dent enim per clīuum montis no
mine sis. 7 inuenietis illos in fumitate
torrentis que é contra solitudinē ieruel.
Non enim eritis uos qui dimicabitis
ſ tantummodo confidenter stare. 7 uide bi
tis auxilium dominī sup: uos. O iu
da 7 ierlm nolite timere. nec pauetis.
Cras egredimini contra eos. 7 dominus
erit uobiscum. Josaphat ergo 7 iuda
7 omnes habitatores ierlm. ceciderunt
pron⁹ in terram coram domino. 7 ado
rauerunt eum. Porro leuite de filijs
caath. 7 de filijs chore. laudabāt dīm
deum isrl. uoce magna in excelso. ✠
Cumq; mane surrexissent. egressi
sunt per desertum thecue. Profectisq;
eis. stans iosaphat in medio eorum
dixit. Audite me iuda. 7 omnes habi
tatores ierlm. Credite in domino deo
uro. 7 securi eritis. Credite prophīs
eius. 7 cuncta uobis euenient prospera.
Deditq; consilium populo. 7 statuit ca
tores domini. ut laudarent eum in
ornatu sancto. 7 antecederent exercitū
ac uoce consona dicerent. Confitemi
domino. quoniam in eternum mīa eius. ✠
Cumq; cepissent laudes canere. ut

ut deminus insidias eorum in semet
ipsos. filiorum. s. amon. 7 moab. 7 mon
tis seyr. qui egressi fuerant pugnare
contra iudam. 7 percussi sunt. Stantes
enim filij amon. 7 moab contra habi
tatores montis seyr. ut interfi
cerent 7 delerent eos. Cumq; hoc o
pere perpetrassent. etiam in semetipsos
uersi. mutuis se cedibus interfecerunt.
Ita ut iudas cum uenisset ad speculā q
respicit solitudinem. uidit procul &
late regionem. plenam cadaueribus
nec super: ē quemq; qui euadere pos
sisset euasisset. Veniēs ergo iosaphat
7 omnis populus cum eo. ad detrahē
da spolia mortuorum. inuenerunt q;
inter cadauera uarium supellectilē.
Vestes quoq; 7 uasa pretiosissima. et
diripuerunt. ita ut omnia portare
non possent. nec per tres dies spolia
auferre pro prede magnitudine. Die
autē quarto. congregati sunt in ualle be
nedictionis. Et enim ibi benedi
xerunt dīm. unde usq; in presentem
diem. Reuersusq; ē omnis iuda 7
habitatores ierlm. 7 iosaphat ante eos
in ierlm. cum leticia magna. eo q; de
disset eis dominus gaudium de in
micis suis. Ingressiq; sunt in ierlm
cum psalteriis 7 citharis. 7 tubis in
domum domini. Terrorq; autē pauo. 7
domini. super uniuersa regna terre.
cum audissent q; pugnasset dīus
contra inimicos isrl. Quietusq; re
gnum iosaphat. 7 requiē dedit ei



OMENON

iungit amicitias cum ochozia rege israel. cuius opera fecerunt pessima. et prepe fuit ut facerent naues que irent in thar sis: feceruntq; classem in asyon gaber. Prophauit autē eliezer filius dodaū de maresa. ad iosaphat dicens. Quia iunxisti fedus cum ochozia percussit deus opera tua. Contriteq; sunt naues. nec potuerunt ire in thar sis.

Mortuus autē iosaphat cum patribus suis. et sepultus ē cum eis in ciuitate dauid. regnauitq; ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios iosaphat. azariam. iahiel. et zachariam. et azariam. et michael et saphatiam. Omnes hi filij iosaphat regis iuda. Deditq; eis pater suus munera multa. argenta quoq; et pretiosa cum ciuitatibus munitissimis in iuda. Regnū autē tradidit ioram. eo q̄ ēet primogenitus. Sumpsit autē ioram. super regni pris sui. Cumq; se confortasset. occidit omnes fratres eius gladio. et quosdam de principibus israel. Triginta duorum annorum erat ioram. cum regnare cepisset. et octo annis regnauit in hierusalē. Ambulauitq; in uijs regum israel. sicut egerat domus achab. Filia quippe achab erat uxor eius. Et fecit malū in conspectu domini. Noluit autē dominus disperdere domum dauid. propter pactum quod inierat cum eo. et quia promiserat q̄ daret ei lucernam. et filijs eius omni tpe. In diebus illius rebellauit edom ne ēet subditus iude. et constituit sibi regē Cumq; transisset ioram cum principibus suis. et octo equitatu qui erat circa sum fecit nocte. et percussit edom. qui se circumdederat et omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit edom ne ēet sub potestate iude. usq; ad hanc diem. Eo tpe et lobna recessit. ne ēet sub manu illius. deserens dominū deum patrum suorum. Insuper et excelsa fabricatus ē in urbibus iude. et fornicari fecit habitatores hierusalē. et pellexit eam. Allate sunt autem ei littere ab helia propheta. in quibus scriptum erat. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Quoniam non ambulasti in uijs iosaphat patris tui. et in uijs asa regis iuda. sed incessisti per iter regum israel. et fornicari fecisti iudam et habitatores hierusalē. imitatus fornicationem domus achab. insuper et fratres tuos domum patris tui. meliores te occidisti. ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo. et filijs et uxoribus tuis. uniuersaq; substantia tua. Tu autē egrotabis pessimo languore uteri. donec egrediantur pauatum uiscera tua per dies singulos. Suscitauit ergo dominus contra ioram spiritum philistinorum. et arabum. qui confines sunt ethiopibus. et ascenderunt in terram iude. et uastauerunt eam. et diripuerunt omnem substantiam. que inuenta ē in domo regis. insuper et filios eius et uxores. Nec remansit ei filius. nisi ochozias. qui minimus natu erat. Et super hec omnia percussit eum dominus alui languore insanabili. Cumq; dies succederent dies. et temporum spatia reuoluerentur. duorum annorum expletis ē circulus. Et sic longa consumptus tabe. ita ut egereret etiam uiscera sua. languore pariter et uita caruit. Absq; ullo honore sepelierunt eum in ciuitate dauid. uerumtamen non in sepulcro regum.

Constituerunt autē habitatores hierusalē ochoziam filium eius minimum regē pro eo. Omnes enim maiores natu. qui ante eum fuerant. interfecerant latrones arabum. qui irruerant castra. Regnauitq; ochozias filius ioram regis iude. Quadraginta duorum annorum erat ochozias cum regnare cepisset. et uno anno regnauit hierusalē. Nomen matris eius athalia filia amri. Is quoq; ingressus ē per uias domus achab. Mater enim eius impulit eum ut impie ageret. Fecit igitur malum in conspectu domini. sicut domus achab. Ipsi enim fuerunt ei consiliarij post mortem patris sui. in interitum ei.



SECVNDVS

Ambulauitq; in p̃silio eoꝝ. Et pe-
rexit cum ioram filio achab rege israel
in bellum contra azahel regem syrie in ra
moth galaad. Vulnerauerunt q; syri io
ram. Qui reuersus è ut curaretur in ie
zrahel. multas enim plagas accepe-
rat in supradicto certamine. Igitur achozi
filius ioram rex iuda. descendit ut uisi
taret ioram filium achab. q; iezrahel egro
tantem. Voluntatis quippe fuit dei adu
sus achoziam. ut ueniret ad ioram. Et
cum uenisset. q; egressus esset cum coadiu
tum hieu filium namsi quem unxit d̃s
deus. ut deleret domum achab. Cum
ergo ultus esset hieu domum achab. in
uenit principes iuda. q; filios fr̃m achoz
ie qui ministrabant ei. q; interfecit il
los. Ipseq; perquirens achoziam cepe-
rat latentem in samaria. adductusq;
ad se occidit. Et sepelierunt eum eo
q; fuisset filius iosaphat. qui quesierat
dominum in toto corde suo. Nec erat
ultra spes aliqua. ut de stirpe regnaret a
liquis achozie. Siquidem athalia ma
ter eius. uidens q; mortuus cet filius su
us. surrexit q; interfecit omnem stirpem
regiam domus ioram. Porro iosabeth
filia regis tulit ioas filium achozie. q; furti
ui è eum de medio filiorum regis. cum
interficerentur. absconditq; eum cum
nutrice sua in cubiculo lectulorum. Io
sabeth aut̃ que absconderat eum. erat
filia regis ioram. uxor iodade pontificis
uidelicet achozie. q; ideo athalia non in
terfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo
dei absconditus sex annis. quibus regnā
uit athalia super terram.

Anno autem septimo cō
fortatus iodada. assumpsit
centuriones. azariam uide
licet filium iehoram. q; ismahel filium iohanna. azariam quoq; filiu
um obed. q; amasiam filium adaie. q; heli
saphat filium zechri. q; init cum eis fe
dus. Qui circumeuntes iudam. congre
gauerunt leuitas de cunctis tribubus iuda. et
principes familiarum israel. uenerunq;
in ierusalem. Iniit igitur omnis multitudo
pactum in domo domini cum rege. Di
ritq; ad eos iodada. Ecce filius regis
regnabit. sicut locutus è dominus su-
per filios dauid. Iste è ergo sermo quem fa
cietis. Tertia pars uestrum qui uenitis
ad sabbatum sacerdotum et leuitarum
et ianitorum erit in portis. Tertia uero
pars ad domum regis. et tertia ad porta
que appellatur fundamenti. Omne uero
reliquum uulgus. sit in atriis domus
domini. Nec quisq; alius ingrediatur
domum domini. nisi sacerdotes. et qui mi
nistrant de leuitis. Ipsi tm̃ modo in
grediantur. quia sanctificati sunt. omne
reliquum uulgus. obseruet custodias
domini. Leuite aut̃ circumdent regem
habentes singuli arma sua. Et siquis a
lius ingressus fuerit templum. interfi
ciatur. Simq; cum rege introierint. et egre
dientur. Fecerunt igitur leuite et uniuer
sus iuda. iuxta omnia que precepe-
rat iodada pontifex. Et assumpserunt si
guli uiros. qui sub se erant. et uenerabāt
per ordinem sabbati. cum his qui iam i
pleuerant sabbatum. et egressum erant.
Siquidē iodada pontifex non dimisit
abire turmas. que sibi per singulas eb
domadas succedere solebant. Deditq;
iodada sacerdos centurionibus lanceas.
clipeos q; et peltas regis dauid. quas cō
secrauerat in domo domini. Constituit
q; omnem populum tenentium pugio
nes a parte templi dextra. usq; ad partē
templi sinistram. coram altari et templo.
per circuitum regis. Et eduxerunt filiu
um regis. et imposuerunt ei diadema. et
dederunt q; in manu eius tenendam le
gem. et constituerunt eum regem. Unxe-
runt q; eum iodada pontifex. et filii eius. ip
sique dixerunt. Uiuat rex.
Quod cum audisset athalia uocem. cur
rentium. atq; laudantium regem.
ingressa è ad populum in templum dñi.
Cumq; uidisset regem stantem super
gradum in introitu. et principes turmas
q; circa eum. omnemq; populum ter
gaudentem atq; clangentem tubis. et
diuersis generis organis. concinentē
uocemq; laudantium. scidit uestimen
ta sua. et ait. Insidie insidie. Egressus è
aut̃ iodada pontifex ad centuriones et
principes exercitus. et dixit eis. Educi
te illam extra septa templi. interfi
ciatur foris gladio. Precepitq; sacer-



LIBER

des. ne occideretur in domo domini. Et
imposuerunt cervicibus eius manus. Et
Cumque intrasset portam equorum domus
regis. interfecerunt eam ibi. Pepigit au-
tem iojada fedus inter se. ut fieret
populum et regem. ut esset populus dñi.
Egressoque ingressus è omnis populus do
mum baal. et destruxerunt eam. et alta
ria ac simulacra illius confregerunt. Ma
than quoque sacerdotem baal. interfece
runt ante aras. Constituit autem iojad
præpositos in domo domini. ut sub ma
nibus sacerdotum. et leuitarum. quos di
stribuit dauid in domo domini. offe
rent holocausta domino. sicut scriptum
est in libro moysi. in gaudio et canticis.
iuxta dispositionem dauid. Constitu
it quoque ianitores in portis domus dñi.
ut non ingrederetur eam immundus in o
re. Assumptisque centurionibus et fortissimis
viris ac principibus populi. et omne vulgus
terre. et fecerunt descendere regem de do
mo domini. et intrare per medium portæ
superioris in domum regis. et collocaue
runt eum in solio regali. Letatusque est
omnis populus terre. et urbs quieuit.
Athalia autem occisa est gladio.

Septem annorum erat ioas cum re
gnare cepisset. et xl annis re
gnauit in hierusalem. Nomen
matris eius sebia. de bersabee. Fecitque
quod bonum est coram domino. cuncto
die ioiade sacerdotis. Accepit autem ei
ioiada uxores duas. de quibus genuit
filios et filias. Postea placuit ioas. ut in
staurare domum domini. Congrega
tisque sacerdotes et leuitas. et dixit eis. Eg
redimini ad ciuitates iuda. et colligite
de uniuerso israel. et huius pecuniam ad
sarta tecta templi dei uestri per singulos
annos. festinateque hoc facite. Porro leui
te egerunt negligentius. Vocatusque ior
iadam principem. et dixit ei. Quare
non fuit tibi cura. ut cogeres leuitas in
ferre de iuda et de hierusalem. pecuniam que
constituta est a moyse famulo domini. ut in
ferret eam omnis multitudo israel. in
tabernaculum testimonij. Athalie enim
impissime et filij eius destruxerant
domum domini. et de universis que sci
ficata fuerant templo domini. ornaue
rant fanum baalim. Precepit ergo rex
et fecerunt arcam. posueruntque eam uer
sus portam domus foris iuxta. Et predica
tum est in iuda et in hierusalem. ut deferrent si
guli pretium domino. quod constituit
moyses famulus dei super omnem israel
in deserto. Letatique sunt omnes principes
et omnis populus. Et ingressi offerebant
in arcam donec. atque miserunt. Cum
ut impleretur. Cumque tempus esset ut de
ferrent arcam coram rege. per manus
leuitarum. uidebant enim multam
pecuniam. et ingrediebatur scriba regis.
et qui primus sacerdos constituerat. Et
effundebantque pecuniam que erat in ar
ca. Deinde arcam reportabant ad locus
suum. Sicque faciebant per singulos
dies. Et congregata est infinita pecunia.
quam dederunt rex et iojada. his qui
præerant domus domini. At illi red
cebant ex ea cesores lapidum. et arti
fices singulorum operum. ut instau
rarent domum domini. Fabros quoque
ferri et eris. ut quod caderet cepetur fulci
retur. Egerunt quoque hij qui operabantur
industrie. et obducebant parietem cica
trix per manus eorum. ac suscitauerunt
domum domini. in statum pristinum.
et firmiter eam stare fecerunt. Cumque
plesset omnia opera. detulerunt coram
rege. et iojada. reliquam partem pecuni
de qua fca sunt uasa templi ministerij.
ad holocausta. fialeque quoque et cetera uasa.
aurea et argentea. Et offerebantur ho
locausta in domo domini iugiter. cunc
dies iojade. Senuit autem iojada plenus
dierum. et mortuus è. cum c. et xxx esset
annorum. Sepelierunt quoque eum in ciui
tate dauid. cum regibus. eo q' fecisset bonum
cum israel. et cum deo et cum domo eius.
Postea autem obijt iojada. ingressi sunt
principes iuda. et adorauerunt regem. et
Qui delinitus obsequijs eorum. acquie
uit eis. et dereliquerunt templum dñi
dei patrum suorum. seruieruntque lucis et
sculptilibus. Et fca è ira domini contra iu
dam et hierusalem. propter hoc peccatum. Mit
tebatque eis prophetas. ut reuerterentur
ad dñm. quos protestantes illi audire
nolebant. Spiritus itaque domini induit

PARALIP

zacharia filium ioiade sacerdotem. ⁊
stetit in ꝓspectu populi. ⁊ dixit eis. Hec
dicit dominus. Quare transgredimi
præceptum domini. quod uobis non
prodest. ⁊ derelinquitis dominum ut
derelinqueret uos. Quo aggregato ad
uersus eum. miserunt lapides iuxta
regis imperium. in atrio domus dñi.
Et non é recordatus ioas rex mīe quā
fecerat ioiada pater illius secum. ⁊ in
terfecit filium eius. Qui cum moreꝛ.
ait. Videat dominus. ⁊ requirat. Cūq;
euoluisset annus. ascendit contra eū
exercitus syrie. uenitq; in iudā ⁊ ierlm.
⁊ interfecit cunctos principes populi. atq;
uniuersam predam miserunt regi da
masco. Et certe cum pauci admodum
uenissent numerus syrioꝝ. tradidit
dominus in manus eorum infinitam
multitudinem. eo q; derelinquissent do
minum deum patrum suoꝝ. ⁊ in ioas
quoq; ignominiosa exercuere iudicia.
⁊ abeuntes dimiserunt eum in lango
ribꝰ magnis. Surrexerunt autem ꝑ
cum serui sui. in ultionem sanguinis
filiorum ioiade sacerdotis. ⁊ occiderunt
eum in lectulo suo. ⁊ mortuus é. Se
pelierunt eum in ciuitate dauid. ⁊ nō
in sepulcris regum. ⁊ sedauit uero fuit
ei zabath filius semaath ammonitis. ⁊
iozabath filius semarith moabitis.
Porro filii eius. ac summa pecunie que
adunata fuerat sub eo. ⁊ instauratio
domus dei. scripta sunt hec diligenti⁹
in libro regum. Regnauit autē amā
sias filius eius pro eo

Igitur quinq; annoꝝ
erat amasias cum regnare
cepisset. ⁊ xxviij annis rexꝫ
uit in ierlm. Nomen matris
eius ioadden de ierlm. Feciq; bonum
in ꝓspectu domini. uerumtamen non i cor
de perfecto. Cumq; roboratum sibi mi
ser imperium. iugulauit seruos qui oc
ciderant regem patrem suum. ⁊ filios
eorum non interfecit. sicut scriptum é
in libro legis mosi. ubi præcepit dñs
dicens. Non occidentur patres pro filys
neq; filij pro patribus suis. ⁊ unusquisq;
moriet in peccato suo. Congregauit
igitur amasias iudam. ⁊ constituit eos ꝑ

familias tribunos. ⁊ centuriones im
uniuersum iudā. ⁊ beniamin. ⁊ recensuit
a xx annis ⁊ sursum. Inuenitq; xxx
milia iuuenum. qui egrederentur ad
pugnam. ⁊ tenerent hastam ⁊ clipeū.
Adhuc quoq; alium scripsit de israel. c. mi
lia robustorum. ⁊ c talenta argenti. Ve
nit autē ad illum homo dei. ⁊ ait. O rex
ne egrediatur tecum exercitus israel.
Non é enim deus cum israel. ⁊ cū oēs
filys ephraim. Quod si putas in robore
exercitus bella cōsistere. superare te faci
et dominus ab hostibꝰ. Dei quippe est
adiuuare. ⁊ in fugam uertere. Dixitq;
amasias ad hominem dei. Quid ergo
erit de c talentis. que dedi militibus isrl.
Et respondit ei homo dei. Habet dominus u
unde tibi dare possit multo his plura.
Separauit itaq; amasias exercitum.
qui uenerat ad eum ex ephraim. ut re
uerterentur in locum suum. At illi ira
cundia uehementer tumuerunt contra iudā.
reuersi sunt
regionem suam. Porro amasias ascēdē
te reduxit populum suum. ⁊ abiit in
ualle salinarum. Percussitq; filios seyr
x milia. Et alia x milia uiuorum cepe
runt filij iuda. ⁊ adduxerunt ad præruptū
cuiusdam petre. precipitauerunt q; eos
de sumo in præceps. Qui uniuersi cre
puerunt. At ille exercitus quem remi
serat amasias ne secum iret ad prelium.
diffusus é in ciuitatibꝰ iude. a samaria
usq; bethoron. ⁊ interfectis tribus milib⁹
diripuit predam magnam. Amasias
uero post necem uolumeoꝝ. allatis
deos filiorum seyr. statuit eos in de
sibi. ⁊ adorabat eos. ⁊ illis adolebat in
censum. Quamobrem iratus dñus
contra amasiam. misit ad illum ꝓphetas
qui diceret ei. Cur adorasti deos qui
non liberauerunt populum suum de
manu tua. Cumq; hec ille loqueretur
respondit ei. Num consiliarius regis es. ⁊
Quiesce ne forte interficiam te. Obse
dens q; ꝓpheta. scio inquit q; cogitat
uerit dominus occidere te. quia ⁊ fecisti
hec malum. ⁊ consilium non acquieuisti
consilio meo. Igitur amasias rex iude. ⁊
misso consilio pessimo. misit ad ioas filiū
ioachaz filij hieu regem israel. dicens.
Veni uideamus nos mutuo. At ille re



misit nuntios dicens. Cardinus qui
ē in libano. misit ad cedrum libani.
dicens. Da filiam tuam filio meo uxo
rem. Et ecce bestie que erant in silu
libani transierunt. conculcaueruntq
dumum. Dixisti percussi edom. et ideo
erigitur cor tuum in superbia. Sede in
domo tua. Cur malum aduersum te
prouocas. ut cadas tu et iudas tecum.
Noluit audire amasias. eo q dominus
cēt uoluntas. ut traderetur in manus
hostium propter deos edom. Ascendit
ergo ioas rex isrl. et uiderunt se sibi pbue
ē spectus. Amasias aut rex iuda. erat
in bethsames urbe. Corruitq iudas a
facie isrl. et fugit in tabernacula sua.
Ipsum amasiam regem iuda filium io
as filii ioachaz cepit ioas rex isrl. in
bethsames. et adduxit in ierlim. Destru
xitq muros eius. a porta effraim usq
ad portam anguli. quadringentos cu
bitos. Omne quoq aurum et argenti.
et uniuersa uasa que repsit in domo
domini. et apud obededom. in thesauris
etiam domus regie. necnon et filios
obsidum: reuersus est in samariam. Ui
uit autē amasias filius ioas rex iuda. po
st mortuus ē ioas filius ioachaz rex
isrl. xv annis. Reliqua uero sermonū
amasie priorum ac nouissimorum. scr
pta sunt in libro regum iuda et israel.
Qui postq recessit a domino. tetende
runt ei insidias in ierlim. Cumq fu
gisset lachis. miserunt et interfecerunt
eum ibi. reportantesq super equos se
pelierunt eum cum patribus suis in ciui
tate dauid.

Omis aut populus iuda.
filium eius ozeam annoꝝ
xvj. constituit regem pro pa
tre suo amasia. Ipse edificauit
ailath. et restituit eam dictioni iude. a
postq dormiuit rex cum patribus suis.
xvj anno regni eius ozias cum regnare
ceperit. et. duobus annis regnauit
in ierlim. Nomen matris eius ieclesi.
de ierlim. Fecitq quod erat rectum in
oculis domini. iuxta omnia que fece
rat amasias pater eius. et exquisiuit
dominum in diebus zacharie. intelligē
tis in uisione dei. Cumq requireret
deum direxit eum in omnibus. Denīq
egressus ē et pugnauit contra philistheum
destruxitq murum geth. et murum
iabnie. murumq azoth. Edificauit
quoq oppida in azoto. et philisthim. et
Et adiuuit eum deus ꝛ philisthim.
et contra arabas. qui habitabant in gurba
al. et contra ammonitas. Appendebantq
ammonite munera ozie. Et diuulga
tum ē nomen eius. usq ad introitum
egypti. propter crebras uictorias. Edi
ficauitq ozias turres in ierlim. supra
portam anguli. et super portā uallis.
et reliquas in eodem muro latere. fir
mauitq eas. Edificauit etiam turres
in solitudine. et effodit cisternas plu
rimas. eo q haberet multa pecora. tam
in campestribus quā in herem uastita
te. Habuit quoq uinitores. et
montibus et in carmelo. Erat quippe
homo agriculture deditus. Fuit autē
exercitus bellatorum eius. qui pro
cedebant ad prelia. sub manu iehie
hel scribe et maasie doctoris. et sub manu
ananie. qui erat de ducibus regis. Uni
uersus numerus principum per familias
uirorum fortium duum milium sex
centorum. et sub eis uniuersus exercitus
trecentorum. et vij milium quingen
torum. qui erant apti ad bella. et pro
pugnandas aduersarios dimicabant. Pre
parauitq eis ozias. in toto exer
citui clipeos et hastas. et galeas et loricas
arcusq et fundas ad iaciendos lapides.
Et fecit in ierlim diuersi generis ma
chinas. quas in turribus collocauit. et
in angulis murorum. ut mitterent
sagittas et lapides grandes. Egressumq
est nomen eius procul. eo q mirabiliter
iuuaretur. et conroboratus est. Cum.
Sed cum roboratus esset. eleuatum est
cor eius in interitum suum. et neglexit
dominum deum suum. Ingressusq
templum domini. adolere uoluit in
censum super altare thymiamatis. Ex
Stetitq in egressu templi azarias
sacerdos domini. et cum eo sacerdotes
domini. lxxx uiri fortissimi restiterunt
regi. atq dixerunt. Non est tui officii
ozia. ut adoleas incensum domino.
sed sacerdotum. hoc est filiorum aaron.



qui ꝓfecerant fuit ad huiusce modi mini
sterium. Egrederet de sciario ne? tem
plo: quia reputabitur abi in gloria
a domino deo. ſtatimq; è ozias. t tenꝫ
in manu thuribulum ut adoleret in
censum. minabatur sacerdotib?. Et ſti
qꝫ orta è lepra in fronte eius coram sa
cerdotib? in domo domini ſuper altare
thymiamatis. Cumq; respexiſſet eum
azarias pontifex. t omnes reliqui sac
dotes. uidere? eum lepram in fronte eius
t festinato expule?unt eum. Qꝫ t ipſe pro
pter?nus acceler?auit egredi. eo q; sentiret
illico plagam domini. Fuit igitur ozias
ꝛex lepros? usqꝫ ad diem mortis suę.
t habitauit in domo separata plen? lep̃.
ob quam electus fuer?at de domo dñi.
Porro ioathan filius eius ꝛexit domui
regis. t iudicabat populum terre. Re
liqua aut? ſmonum ozie. priorum et
nouissimorum scripſit isaias filius a
mos prophꝫ. Dormiuitq; ozias cum
patrib? suis. t sepelier?unt in agro regali
sepulchror?um. eo q; ēet lepros?. Regn?
uitq; ioathan filius eius pro eo.

Egintiquinq; annorum er?at ioathan cu
ꝛegnare cepiſſet. t xvj annis
regnauit in hierlm. nomen
matris eius hierusa filia sadoch. Feciꝫ
quod rectum er?at coram domino. uer?
omnia que fecer?at ozias pr eius. excep
to q; non è ingreſſus templum dñi.
t adhuc populus delinquebat. Ipſe edi
ficauit portam domus domini excelſi.
t in muro ophel multa ꝯstruxit. Urbes i
quoq; edificauit in montib? iuda. t in
saltib? castella t turres. Ipſe pugnauit? ꝯ
regem filiorum amon. t uicit eum. Da
derunt?q; illi filij amon in ꝑpr̃e illo. c. ta
lenta argenti. t x milia choros triticia
ac totidem choros ordei. Hec ei prebue
runt filij amon in anno secundo t tho.
Corroborat?q; è ioathan. eo q; dir
rexiſſet uias suas coram domino deo suo.
Reliqua aut? ſmonum ioathan. t oēs
pugne eius. t opera. scripta sunt i libro
israel. t iuda. xxv annorum cum regn?
re cepiſſet. t xvj annis regnauit in hierl̃.
Dormiuitq; ioathan cum patrib? suis. t
sepelier?unt eum in ciuitate dauid. Et
regnauit achaz filius eius pro eo.

Egintxxviii
annorum er?at achaz cu
regnare cepiſſet. t xvj annis
regnauit in hierlm. Non fe
cit rectum in ꝓspectu domini. sicut dꝫ
pr̃ eius. ſed ambulauit in uijs regum
israel. insuper t statuas fudit baalim.
Ipſe est qui adoleuit incensum in ual
le benennon. t lustrauit filios suos in i
gne. iuxta ritum gentium. quas int̃
fecit dominus in aduentu filioꝝ israel.
Sacrificabat quoq; t thymiama suc
cendebat in excelsis. t in collib?. t sub
omni ligno frondoso. Tradidit?q; eū
dominus deus eius. in manus regis
syrie. Qui percussit eum. magnamq;
predam cepit de imperio eius. t adue
in damascum. Adamb? quoq; regis is
rael tradit? è. t percussit eum plaga
grandi. Occidit?q; phacee filius romē
lie de iuda. c et milia in die una oēs
uiros bellatores. eo q; reliquiſſent dñm
deum patrum suorum. Eodem tpr̃e occi
dit zechri uir potens er effraim ma
siam filium regis. t ezricam ducem a
domus eius. Helchanā quoq; secundū
a rege. Ceperunt?q; filij israel de frib?
suis. cc. milia mulierum. puerorum t
puellarum. t infinitam predam. per
tu lerunt?q; in samariam. Ea tempestate
erat ibi prophꝫ dominī nomine obed.
Qui egressus obuiam exercitui uen
ienti in samariā. dixit eis. Ecce ira
tus dominus deus patrum uestrorum
uidam. tradidit eos in manib? uris. ac
cidistis eos atrociter. ita ut in celum per
tingeret uira crudelitas. Insuper filios i
uda. t hierlm. uultis uobis subicere in
seruos t ancillas. quod nequaq; facto
opus è. Peccastis enim super dñm
deo uro. Sed audite consilium meum. t re
ducite captiuos. quos adduxistis de fri
b? uris. quia magnus furor domini i
minet nob?. Steter?unt itaq; uiri. de
principib? filiorum effraim. azarias fi
lius ioanna. barachias filius mosalo
moth. ezechias filius sellum. t amasias
filius adali. contra eos qui uenieb?t de
prelio. t dixer?unt eis. Non introduce
tis huc captiuos. ne peccemus dño. t



VNDVS

Quare multas adiecere sup̃ peccã uiã: ꝛ uectã cumulare delectã: Grauꝫ q̃p pe peccũ è: ꝛua furoꝛis dñi imi net sup̃ ysrael. Qui misit uniꝫ uiri bel latoꝛes p̃dam. ꝛ unuersa que cepãt coꝛam p̃ncipibꝫ ꝛomni mulctauit dñe Gressiq; uiri quos sup̃a memoꝛa uimus. ꝛ apprehendentes captiuos. cęꝫ qui nudi eꝛant uestiuerunt de spolijs. ꝛ Cumq; uestissent eos ꝛ calciassent. ꝛ refecissent cibo ac potu. unxissent q̃s p̃op̃ laboꝛem ꝛ adhibuissent eis cu ram. Quicumq; ambulare nõ potue ꝛunt. ꝛ eꝛant imbecilli coꝛpoꝛe. imposue ꝛunt eos in umentis. ꝛ adduxerunt eꝛ in ieꝛicho ciuitatem palmaꝛum ad fiꝛ cozum. Ipi quoq; reuersi sunt samaꝛia Tpoꝛe illo misit ver achaz ad regem sy ꝛoꝛum postulans auxilium. Veneꝛit q; volumet. ꝛ percusserunt multos ex ꝛ uda: ꝛ ceperunt p̃dam magnam. Pbi listym quoq; diffusi sunt p̃ uꝛbes ci pestres. ꝛ ad meridiem uda. Ceperũt q; bethsames. ꝛ halon. ꝛ gadeꝛoth. so cho quoq; ethannam. ꝛ samio cum ui culis suis. ꝛ habitauerunt in eis. Humi liauerat enim dominus udam. p̃op̃ achaz regem ysrael. eo q; nudasset eũ auxilio. ꝛ ꝛempto uisset dominum. Adduxitq; dominus ꝛra eum teglath. phalasar regem assyꝛioꝛum. Qui ꝛ afflu xit eum. ꝛ nullo resistente uastauit. ſg achaz spoliata domo domini. ꝛ domo ꝛ regum. ꝛ p̃ncipum. dedit regi assyꝛio ꝛum munera. ꝛ tamen nichil ei p̃ofuit. ſnsuper ꝛ in ꝛpoꝛe sue angustie. auxit cõ temptum in dominum. qđ̃ per se rex a chaz. ſmmolauit dijs damasci uictiꝫ percussoꝛibꝫ suis. dixit q; regum syꝛ auxiliantur eis. quos ego placabo hoſtijs. ꝛ deꝛunt michi. cum e contꝛario ipi fuerint ruine et ꝛ uniuerso ysrael. Di reptis itaq; achaz omnibꝫ uasis domꝰ dei. atq; ꝛ fractis. clausit fores templi dei. ꝛ fecit sibi altaꝛia. in uniuersis an gulis ieꝛlm. ſn omnibꝫ quoq; uꝛbibꝰ iude. extruxit aras ad cremandũ thu. atq; ad uindictam p̃uocauit dñm deum p̃rium suoꝛum. Reliqua autem ſmonium eius. ꝛ omnium operum suo ꝛum. p̃ioꝛum ꝛ nouissimoꝛ. scripta ſt̃

in libꝛo regum iuda ꝛ ieꝛlm. Dormiuitq; achaz cum p̃ribꝫ suis. ꝛ sepelierunt eũ in ciuitate ieꝛlm. Neq; enim uoluerũt eum in sepulcris regum ysrael. Regnauitq; ezechias filius eius p̃o eo.

ANNVS XXVIII

Filius ezechias regnare cepit cum xxv annoꝛum. ꝛ xxix annis regnauit in ieꝛlem. Nomen mꝛis eius abia filia zacharie Feciq; quod eꝛat placitum in ſspectu domini. iuxta omnia que fecerat dꝰ p̃r eius. ſn anno ꝛ mense p̃imo regni sui. aperuit ianuas domus domini. ꝛ instauꝛauit eas. Adduxitq; sacerdotes ꝛ leuitas. ꝛ congregauit eos in platea o ꝛientalem. dixitq; ad eos. Audite me leuite. ꝛ sanctificamini. mundate domus dominũ dei p̃rium uꝛoꝛum. auferte ex̃ immundiciam de sanctuaꝛio. Peccauerunt p̃res nri. ꝛ fecerunt malum in ſspectu domini dei nri. deꝛelinquentes eum. Auerterunt faciem suam a tabernaculo domini dei nri. ꝛ p̃buerunt doꝛsum. Clauserunt hostia que eꝛant in porti cu. ꝛ extinxerunt lucernas. ſncensum q; non adoleuerunt. ꝛ holocausta nõ obtulerunt in sanctuaꝛio dei ysrael. Cõ citatus è itaq; furoꝛ dominꝰ sup̃ iu dam ꝛ ieꝛlm. ꝛ dedit eos in ſmotionem. ꝛ in uastum. ꝛ in sibilum. sicut ꝛ ipi ceꝛnitis oculis uꝛis. En corruent p̃es nri gladijs. Filij nri ꝛ filie nre. ꝛ uxoꝛes captiue ducte sunt p̃op̃ hoc scelus. Nunc igitur placet michi ut ꝛ neamus fedus cum domino deo ysrl. ꝛ auertatur a nobis furoꝛ ire sue. Filij mei nolite negligere. Vos elegit dñs ut stetis coꝛam eo ꝛ ministretis illi. co latis eum ut ceꝛemetis et incensum. ꝛ Surrexerunt ergo leuite. maath filius amasie. ꝛ ioel filius azarie. de filijs ca ath. Porro de filijs meꝛari. cis filius abdi. ꝛ azarias filius alaleel. De filijs aut gerson. ioha filius zema. ꝛ edem ꝛ filius ioha. Ac uero de filijs elisaphan samri ꝛ iahiel. De filijs quoq; asaph. zacharias ꝛ mathanias. Necnon de filijs eman. iahiel ꝛ semei. Sed ꝛ de filijs idithum. semeias ꝛ ozihel. Congregauerunt q; fꝛes suos. ꝛ sanctificati sunt. ꝛ ingꝛ



LIBER

si uerba mandatum regis. 7 imperium
domini. ut expiarent domum dominī
Sacerdotes quoq; ingressi sunt templū
domini. ut sanctificarent illum. extulerūt
omnem immunditiam. quam inue
perant in uestibulo domus domini.
quam tulerunt leuite. 7 portauerunt
ad torrentem cedron foras. Ceperuñ
aut prima die mensis primi mundare.
7 in die octaua eiusdem mensis ingressi
sunt porticum templi domini. Expia
uerunt q; templum diebus octo. 7 in die
sextadecima eiusdem mensis quod ce
perant impleuerunt. Ingressi quoq;
sunt ad ezechiam regem. 7 dixerunt ei.
Sanctificauimus omnem domum dñi 7
altare holocausti. 7 uasa eius. necnon
7 mensam propositionis cum omnibus
uasis suis. 7 tamq; templi suppellectile
quam polluerat rex achaz in regno su
posteq; preuaricatus e. 7 ecce exposita
sunt omnia coram altari domini. Cō
surgensq; diluculo ezechias rex. a
dunauit omnes principes ciuitatis. 7
ascendit domum domini. Obtulerunt
q; thaurus simul vij. 7 arietes septem.
7 agnos vij. 7 hircos vij. pro peccato pro
regno. pro sanctuario. pro iuda. Dixit q;
sacerdotibus filijs aaron ut offerrent su
altare domini. Adductumq; igitur
taurum. 7 susceperunt sacerdotes sangui
nem. 7 effuderunt illum super altare. 7
Adductumq; etiam arietem. 7 illoru
sanguinem super altare fuderunt. im
molauerunt agnos. 7 effuderunt sup
altare sanguinem. Applicauerunt q; 7
hircos pro peccato coram rege. 7 imposu
manus suas super eos. 7 immolauerunt illos sa
cerdotes. 7 asperserunt sanguinē illoy
coram altari. pro piaculo uniuersi 7
israelis. Pro omni quippe israel pre
ceperat rex. ut holocaustum fieret 7 pro
peccato. Constituit quoq; leuitas in do
mo domini. cum cymbalis 7 psalteriis
7 cytharis secundum dispositionem
regis dauid. 7 gad uidentis. 7 nathan
prophete. Siquidem preceptum dñi
fuit per manum prophetarum eius. 7
Steterunt q; leuite tenentes organa
dauid. 7 sacerdotes tubas. Et iussit

ezechias rex. ut offerrent holocaustū
super altare. Cumq; offerretur holo
causta. ceperunt laudes canere dño. 7
clangere tubis. atq; in diuersis orga
nis que dauid rex israel preparauerat
uti pari. Omni aut turba adorante.
cantores 7 hymni qui tenebant tubas. exe
rcebant officio suo. donec oblatio holocau
stum. Cumq; finita esset oblatio. re
gauit rex. 7 omnes qui erant cum
eo. 7 adorauerunt. Precepitq; ezechi
as 7 principes leuitis. ut laudarent dñm
dominum 7 in monbus dauid. 7 asaph vi
dentis. Qui laudauerunt cum magni
ficentia. 7 inclinato genu adorauerunt.
Ezechias aut etiam hec addidit ipse
stis manus uras domino. accedite 7
offerte victimas. 7 laudes in domo dñi.
Obtulit ergo uniuersa multitudo ho
stias 7 laudes 7 holocausta. mente de
uota. Porro numerus holocaustorum
que obtulit multitudo hic fuit. Tau
ros lxx. arietes c. agnos cc. Sanctifica
uerunt q; domino boues dc. 7 oues i
tria milia. Sacerdotes uero pauci erat
nec poterant sufficere. ut pelles holocau
storum detraherent. Unde 7 leuite fili
eorum adiuuerunt eos. donec imple
retur opus. 7 sanctificarentur animi. re
Leuite quippe facilius uiri sanctificant
q; sacerdotes. Fuerunt igitur holocau
sta plurima. adipes pacificorum. 7 li
bamina holocaustorum. Et ordinatus
est cultus domus domini. Letatusq;
est ezechias 7 omnis populus. eo q; 7
ministerium domini ēet expletum. 7
De repente quippe hoc fieri placuerat.

Misit quoq; ezechias ad omnem israel
7 iudam. scripsitq; epl'am
ad ephraim 7 manasse
ut uenirent in domo domini in ie
7 facerent phase domino deo israel. Iu
to ergo consilio regis 7 principum 7 tota
uersi cetus ierusalem. decreuerunt ut fa
rent phase mense secundo. Non enim
occurrerant facere in tpe suo. quia sa
cerdotes qui possent sufficere sanctifica
ti non erant. 7 populus nec dum con
gregatus fuerat in ierusalem. Placuit eni
mo regi. 7 omni multitudini. 7 decre

SECVNDVS

uerunt ut mitterent nuntios in uni
uersum israel. de bersabee usq; dan:
ut uenirent & facerent phase domino
deo israel in ierlm. Nimia enim non
fecerant. sicut in lege prescriptum é.
Perierant tñ cursores cum epłis
& regis imperio & principum eius i
uniuersum israel & iuxta q̃ rex precepat predicantes. Filij israel
reuertimini ad dominum deum abra
am ysaac & israel. & reuertetur ad reli
quias que effugerunt manum regi
assyriorum. Nolite fieri sicut patres
uri & fres. qui recesserunt a domino
deo p̃um suorum. & tradidit eos in i
teritum. ut ipi cernitis. Nolite indu
rare ceruices uras: sicut pres uri. Da
dite manus uras domino. & uenite ad
sanctuarium eius. quod scificauit in ete
rnum. & seruite domino deo p̃um uro
rum. & auertetur a uobis ira furoris
eius. Si enim uos reuersi fueritis ad
dominum. fres uri & filij uri ĥebunt
miam coram dominis suis. qui ductos
duxerunt captiuos. & reuertentur in
terram hanc. Pius enim & clemens é
dominus deus ur. & non auertet fa
ciem suam a uobis. si reuersi fueritis a
ad eum. Igitur cursores pergebant
uelociter de ciuitate in ciuitatem. per
terram effraim & manasse. usq; za
bulon. Illis irridebant & subsannab
bo eos. Attamen quidam uiri erubes
& manasse & zabulon acquiescentes
consilio. uenerunt ierlm. Iuda uero
fcti é manus domini. ut daret eis cor
unum. & facerent iuxta preceptum
regis & principum uerbum domini.
Congregatiq; sunt ierlm populi mul
ti. ut facerent sollemnitatem azimor
um mense secundo. Et surgentes de
struxerunt altaria que erant in ierlm.
atq; omnia ara in quibus uolebant adole
bantur incensum. subuertens proie
cerunt in torrentem cedron. Immo
lauerunt autẽ phase. quarta decima
die mensis secundi. Sacerdotes q̃
& leuite. tandem sanctificati obtulerit
holocausta in domo domini. stetiq;
in ordine suo. iuxta dispositionem &
legem moysi. hominis dei. Sacerdo

tes uero suscipiebant effusionem sangui
nem de manibus leuitarum. eo q̃ multa
turba scificata non esset. & ideo co leuite
immolarent phase. bis qui non occur
rerant scificari domino. Magna etiã
pars populi de effraim & manasse & zab
bulon. que scificata non fuerat comedit phase. non iuxta quod
scriptum é. Et oauit pro eis ezechi
as. dicens. Dominus bonus propi
tiabitur cunctis qui in toto corde requirit
dominum deum p̃um suorum. nec
imputabitur ei q̃ minus scificatus fuit.
Quem exaudiuit dominus & placatus
é populo. Fecerunt q̃q; filij israel. qui
inuenti sunt in ierlm sollemnitatem a
zimorum vii diebus in letitia magna
laudantes dominum per singulos di
es. leuite quoq; & sacerdotes per orga
na que suo officio agitabant. Et lo
cutus é ezechias ad cor omnium leui
tarum qui bene intelligentiam bo
nam. super domino. Et comederunt
vii dies solemnitatis. immolantes hie
timas pacificorum. & laudantes dñm
deum p̃um suorum. Placuitq; uni
uerse multitudini. ut celebrarent et
alios dies vii. Quod & fecerunt cum
ingenti gaudio. Ezechias enim rex
iuda. prebuerat multitudini mille tau
ros. & vii milia ouium. Principes uo
luerunt populo tauros mille. & oues
x milia. Scificata é ergo sacerdotum
plurima multitudo. & vi lętitie per fu
sa omnis turba iuda. tam sacerdotis
& leuitarum. & uniuerse frequentie q̃
uenerant ex israel. proselitorum q̃q;
de terra israel. & habitantium in iuda.
Fęq; é grandis celebritas in ierlm.
qualis a diebus salomonis filij dauid
regis israel. in ea urbe non fuerat. Sur
rexerunt autẽ sacerdotes atq; leuite. &
benedicentes populo. & exaudita é uox
eorum. peruenitq; oratio in habitaculi
sanctum celi

Quibus hec finitis. cum ce
lebrata. egressus é omnis
israel. qui inuentus fuerat
in urbibus iuda. & fregerunt
simulacra. succiderunt q̃q; lucos. demo
liti sunt excelsa. & altaria destruxerunt.



LIBER

non solum de uniuerso uulgo ꝛ benjamin
ſ ꝛ de effraim quoq; ꝛ manasse. donec
penitus euerterent. Et euenerunt
omnes filij iſrael in possessiones ꝛ ci
uitates suas. Ezechias uero ostiarios
mas sacerdotales ꝛ leuiticas per diuiſi
ones suas. unumquemq; in officio ꝛ
proprio. tam sacerdotum uidelicet q̄m
leuitarum. ad holocaustа ꝛ pacifica. ut
ministrarent ꝛ confiterentur. canerentq;
in portis castrorum domini. Dares aut
regis erat ut de propria eius substantiа
offerret holocaustum mane semper ꝛ
uespere. Sabbis quoq; kalendis ꝛ solēni
tatibus ceteris. sicut scriptum ē in lege
moysi. Precepit etiam populo habitan
tum ierlm. ut darent partes sacerdotib;
ꝛ leuitis. ut possent uacare legi dei. Qđ
cum peruulgatum fuisset. multa abun
plurimas obtulerunt primitias filij iſrael.
frumenti uini ꝛ olei. mellis quoq; ꝛ omnium
que gignit humus. decimas obtulerunt.
Sed ꝛ filij iſrael ꝛ uirgo qui habitant in ur
bibus iuda. obtulerunt decimas boum.
ꝛ ouium decimasq; sanctorum que uouerant
domino deo suo. atq; uniuersa a
portantes fecerunt aceruos plurimos.
Mense tertio ceperunt acerui oriri ꝛ
cere fundamenta. ꝛ mense septimo ꝑple
uerunt eos. Cumq; ingressi fuissent e
zechias ꝛ principes eius. uiderunt acer
uos. ꝛ benedixerunt domino ac populo
iſrl. Interrogauitq; ezechias sacerdotes
ꝛ leuitas. cur ita iacerent acerui. Rndit
illi azarias sacerdos. principus de stirpe sa
doch dicens. Ex quo ceperunt offerri p
mitie in domo domini. comedimus ꝛ sa
turati sumus. ꝛ remanserunt plurima.
eo q̄ benedixerit dominus populo suo.
Reliquarum aut ē copia ista. quam
cernis. Precepit igitur ezechias. ut pa
rarentur horrea in domo domini. Qđ
cum fecissent. intulerunt tam primi
as quam decimas. quecunq; uouerant
fideliter. Fuit aut prefectus eorum cho
nenias leuita. ꝛ semei frater eius sedē
Post quem iehiel. azarias ꝛ naath. et
asahel. ꝛ ierimoth. iozabath quoq; ꝛ heli
el. ꝛ ismarias. ꝛ maath. ꝛ banaias. prepo
siti sub manibus chonenie ꝛ semei fris
eius ex imperio ezechie regis. ꝛ azarie

pontificis domus domini. Aquas oia
perfundebant. Oriens uero filius iemna
leuites. ꝛ ianitor orientalis porte erat
prepositus his. que sponte offerebantur
domino primitias ꝛ sanctificata
sanctorum. ꝛ sub cura eius erant benjami
ites ꝛ semeias. amarias quoq; ꝛ sechenias. in ciuitatibus sacerdotum. ut fideli
ter distribuerent fratribus suis partes ma
joribus atq; minoribus. exceptis ma
ribus ab annis tribus ꝛ supra. extis qui ingre
diebantur templum domini. Et q̄cq̄
per singulos dies adducebantur in ministe
rium obseruationibus iuxta diuisiones
suas sacerdotibus per familias. ꝛ leuitis
a uicesimo anno ꝛ supra per ordines
ꝛ curas suas. uniuersoq; multitudi
tam uxoribus quam liberis eorum utri
usq; sexus fideliter cibi de his que sanctifi
cata fuerant prebebantur. Sed ꝛ filiorum
aaron per agros. ꝛ suburbana urbium
singularum dispositi erant uiri. qui par
tes distribuerent uniuerso sexui mas
culino de sacerdotibus ꝛ leuitis. Fecit q̄
ezechias uniuersa que dicimus in oi
uda. operatusq; ē bonum ꝛ rectum et
uerum coram domino deo suo. in uni
uersa cultura ministerij domus domi.
iuxta legem ꝛ cerimonias. Volens requi
rere dominum deum suum in toto cor
de suo. fecitq; ꝛ prosperatus ē.

Postq; ex
hibuit fidem adue[n]tui eius. uenit sena
cherib rex assyrior. ꝛ ingressus iudam. obsedit
ciuitates munitas. uolens eas capere.
Quod cum audisset ezechias. uenisse
sennacherib. ꝛ totum belli impetum ꝛ
uersum ierlm. iniit cum principibus
suis. uirisq; fortissimis. ut obturarent
capita fontium que erant extra urbes.
Et hoc omnium decernente sententia.
congregauit multitudinem plurimam. ꝛ
obturauerunt cunctos fontes. ꝛ riuum q̄
fluebat in medio terre. dicentes ne ue
niant reges assyriorum. ꝛ inueniant
aquarum habundantia. Edificauit ꝛ
agens industrie omnem murum qui
fuerat dissipatus. ꝛ extruxit turres desu
per. ꝛ foris secus alterum murum. Instau
rauitq; mello in ciuitate dauid. ꝛ fecit



uniuersi generis armaturam. & clypeos.
Constituitq; principes bellatorum in
exercitu. & uocauit uniuersos in plate
am ciuitatis. ac locutus ē ad eos eorū
dicens. Viriliter agite & fortissimi. Ne
nolite timere nec pauescatis regem assyrio
rum. & uniuersam multitudinem quę ē
cum eo. Multo enim plures nobiscum
sunt quam cum illo. Cum illo ē brā
chium carneum. nobiscum ē dominus
deus nr. qui auxiliator ē nr. pugnabit
q; nobis. Confortatusq; ē populus a
uerbis ezechie regis iuđ.
Que postq; gesta sunt. misit rex assy
riorum seruos suos in ierlim. (pē enim
cum uniuerso exercitu obsidebat la
chis ad ezechiam regem iuda. & ad ēs
populum qui erat in ea dicens. Hec
dicit sennacherib rex assyriorum. In quo
lentes fiduciam. sedens obsessi. & fa
me & siti. affirmans q; dominus
deus ur liberet uos de manu regis as
syriorum. Nunquid non iste ē ezechi
as qui destruxit excelsa illius & altaria.
& precepit iude & ierlim. dicens. coram
altari uno adorabitis. & in ipō ardebit
incensum. an ignoratis que ego fece
rim & patres mei cūctis terrarum populis.
Nunquid prevaluerunt dii gentium
omniumq; terrarum liberare regionem
suam de manu mea. Quis ē de omni
bus diis gentium quas vastauerunt pa
tres mei qui potuerit liberare populum
suum de manu mea. ut possit etiam
deus ur eruere uos de hac manu. Ne
uos decipiat ezechias. nec uana per
suasione deludat. neq; credatis ei. Si
enim nullus potuit deus cuiusq;
gentium atq; regionum liberare popu
lum de manu mea. & de manu pa
trum meorum. quanto minus deus ur pote
rit eruere uos de hac manu. Sed & alia
multa locuti sunt servi eius ad dñm
deum. & ad ezechiam famulum eius. Epi
stolas quoq; scripsit plenas blasphe
mie in dominum deum israel. & locutus
ē aduersus eum. sicut dii gentium non
potuerunt liberare populos suos de ma
nu mea. sic & deus ezechie eruere non
poterit populum suum de manu ista.

Insuper & clamore magno lingua iudai
ca ad ea populum qui sedebat in muris
ierlim personabat ut terreret eos. & capē
ciuitatem. Locutusq; ē ad deum ierlim
sicut aduersum deos populorum terre
opera manuum hominum. Orauerūt
autē ezechias rex & isaias filius amos
prophetes aduersum hanc blasphemiā
ac uociferati sunt usq; in celum. Et
misit dominus angelum suum. qui per
cussit omnem uirum robustissimum &
bellatorem. & principem exercitus regis
assyriorum. Reuersusq; ē cum ignomi
nia in terram suam. Cumq; ingressus
esset templum dei sui. filii qui egressi
fuerant de utero eius interfecerunt
eum gladio. Saluauitq; dominus e
zechiam & habitatores ierlim de manu se
nacherib regis assyriorum. & de manu
omnium. & prestitit eis quietem per ā
cuitum. Munera etiam deferebant ho
stias & sacrificia domino in ierlim. et
munera ezechie regi iuda. qui exalta
tus ē post hec coram cunctis gentibus. &
in diebus illis egrotauit ezechias usq;
ad mortem. & orauit ad dominum. &
exaudiuit eum. & dedit ei signum. Sed
non iuxta beneficia que acceperat re
tribuit. quia elevatum ē cor eius. & ira
facta ē ira cum eo. & cum iuda & ierlim.
humiliatusq; ē postea. eo q; exaltatum
fuisset cor eius. tam ipse quam habi
tatores ierlim. & ideo non venit super
eos ira domini in diebus ezechie. Fuit
autē ezechias diues. & inclitus valde.
& thesauros sibi plurimos congregauit ar
genti & auri. & lapidis pretiosi. aromā
tum & armorum uniuersi generis et
uasorum magni pretij. apotecas quoq; &
frumenti. uini & olei. & presepia omni
um animalium. caulas quoq; pecoribus.
& tabernacula edificauit. habebat quippe
greges ouium & armentorum innumera
biles. eo q; dedisset sibi dominus substā
tiam nimis. Ipse ē ezechias qui obtu
rauit superiorem fontem aquarum
gyon. & duxit eas subter ad occidētē
ciuitatis dauid. In omnibus operibus suis.
quecunq; prosperari que uoluit. Attamen in lega
tione principum babilonis. qui missi
fuerant ad eum. ut interrogarent de

PARALIP

portento quod accideret super terram
derelinquit eum dominus. ut tempta
retur. ⁊nota fierent omnia que erant
in corde eius. Reliqua aut̄ sermonū
ezechie ⁊uisionum eius scripta sunt
sione ysaie filij amos prophete. ⁊ li
bro regum iuda ⁊israel. Dormiuitq;
ezechias cum patribus suis. ⁊sepelierūt
eum super sepulcra filiorum dauid.
⁊celebrauit eius exequias uniuersa
iuda. ⁊omnes habitatores hierusalem. Regnauitq; manasses filius eius pro eo.

Duodecim annorum erat manasses
cum regnare cepisset. ⁊lv.
annis regnauit in hierusalem.
Fecit aut̄ malum coram domino. iu
xta omnes abhominationes gentium
quas subuerterat dominus coram filiis
israel. ⁊reuersus instauraut excelsa que
demolitus fuerat pater eius. Cōstitu
itq; aras baalim ⁊fecit lucos. ⁊ado
rauit omnem militiam celi. ⁊coluit
eam. Edificauit quoq; altaria in do
mo domini. de qua dixerat dominus
in hierusalem erit nomen meum in etinum.
Edificauit aut̄ ea acto exercitu celi
in duobus atrijs domus domini. tran
sire quoq; fecit filios suos per ignem in val
le benehenon. obseruabat somnia. sec
tabatur auguria. maleficis arabo insi
stebat. habebat secum magos ⁊incanta
tores. multa quoq; mala operatus e coram
domino. ut irritaret eum. Sculptile
quoq; ⁊conflatile signum posuit in do
mo domini. de qua locutus e dominus
ad dauid. ⁊ad salomonem filium eius
dicens. In domo hac ⁊in hierusalem. quā
elegi de cunctis tribubus israel. ponam no
men meum in sempiternum. ⁊mouebo
non faciam pedem israel. de terra qua
tradidi patribus eorum. ita tamen tamen
si custodierint facere que precepi eis
tamq; legem ⁊ceremonias. atq; iu
dicia per manum moysi. Igitur ma
nasses seduxit iudam ⁊habitatores
hierusalem. ut facerent malum super om
gentes. quas subuerterat dominus
a facie filiorum israel. Locutusq; est
dominus ad eum. ⁊ad populum illius.
⁊attendere noluerunt. Iccirco indu

xit eis principes exercitus regis
assyriorum. ceperuntq; manasse. ⁊
uinctum catenis atq; pedibus duxe
runt eum in babylonem. Qui postq;
eo angustiante deprecatus est dominum
deum suum. ⁊egit penitentiam ualde co
ram deo patrum suorum. Deprecatusq;
est eum. ⁊obsecrauit intente. ⁊reduxit
eum oratione eius. reduxitq; eum iheru
in regnum suum. Et cognouit manas
se. quia dominus ipse est deus. Postea
